



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD


This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.



2372 d. 84

$$= \left(41 \frac{26}{105} \right) = \frac{K. 8. 14}{105}$$

1



EINHARDI
OMNIA QUÆ EXSTANT OPERA.

TOMUS I.

OEUVRES COMPLÈTES
D'ÉGINHARD.

TOME I.

EINHARDI
OMNIA QUÆ EXSTANT OPERA

PRIMUM

IN UNUM CORPUS COLLEGIT

EISQUE

VERSIONEM GALLICAM,

ADNOTATIONES SUAS, VARIAS CODICUM LECTIONES,

ET GENERALEM INDICEM,

ADJECIT

A. TEULET,

IN SCHOLA DIPLOMATICA PARIENSI QUONDAM ALUMNUS.

TOMUS PRIMUS.



PARISIIS,
APUD JULIUM RENOUARD ET SOCIOS,

GALLICÆ HISTORIÆ SOCIETATIS BIBLIOPOLAS,

VIA DICTA DE TOURNON, N° 6.

M. DCCC. XL.

OEUVRES COMPLÈTES

D'ÉGINHARD

RÉUNIES POUR LA PREMIÈRE FOIS

ET

TRADUITES EN FRANÇAIS,

AVEC

LES NOTES NÉCESSAIRES A L'INTELLIGENCE DU TEXTE ,

LES VARIANTES DES DIFFÉRENTS MANUSCRITS.

ET UNE TABLE GÉNÉRALE DES MATIÈRES ;

PAR A. TEULET,

ANCIEN ÉLÈVE DE L'ÉCOLE ROYALE DES CHARTES.

TOME PREMIER.



A PARIS,

CHEZ JULES RENOUARD ET C^{IE},

LIBRAIRES DE LA SOCIÉTÉ DE L'HISTOIRE DE FRANCE,

RUE DE TOURNON, n° 6.

M. DCCC. XL.

PARISIIS,
E TYPIS CRAPELET,
VIA DICTA VAUGIRARD, N° 9.

M. DCCC. XL.



Le Commissaire responsable soussigné déclare que le travail de M. ALEXANDRE TEULET, comprenant le premier volume des OEUVRES COMPLÈTES D'ÉGINHARD, lui a paru digne d'être publié par la Société de l'Histoire de France.

Fait à Paris, le 1^{er} Novembre 1840.

Signé GUÉRARD.

Certifié,


Le Secrétaire de la Société de l'Histoire de France,

J. DESNOYERS.



ERRATA.

- Page 35, ligne 11 et 12, Hunold et Grimold, *lisez* Rumoald et Grimold.
- 33, — descendent et se *précipitent* tout à coup... *et* les culbutent au fond de la vallée, *lisez* descendent et se précipitant tout à coup, les culbutent au fond de la vallée.
- 53, note, ligne 3, Harun-al-Reschif, *lisez* Harun-al-Raschid.
- 65, — — 14, Rotrude mourut le 8 des ides de janvier 810, *lisez* le 8 des ides de juin.
- 119, ligne 3, Suanildis *petite-fille* d'Odillon, *lisez* nièce d'Odillon.
- 139, — 19, et page 163, ligne 17, dans *la ville* de Duren, *lisez* dans sa terre de Duren.
- 155, — 13, Le roi..... se rendit à Corbény. Il reçut dans *cette ville*, Wilharius, etc., *lisez* Il reçut dans ce château Wilharius.
- 157, — 24, et 175, l. 6, dans *la ville* d'Héristal, *lisez* dans sa terre d'Héristal.
- 193, — 5, et 195, ligne 5, leurs villes, *lisez* leurs villages.
- 199, — 3, Andulf, *lisez* Audulf.
- 225, — 1 et 6, dans *la ville* de Francfort, *lisez* dans sa terre de Francfort.
- 231, — 4, Eric, *lisez* Héric.
- 385, — 15, à Ingelheim..... dans *cette ville*, *lisez* dans ce château.
-



VITA ET CONVERSATIO

GLORIOSISSIMI IMPERATORIS

KAROLI REGIS MAGNI,

SCRIPTA

AB EINHARDO.

VIE PUBLIQUE ET PRIVÉE

DU TRÈS-GLORIEUX

EMPEREUR ET ROI CHARLEMAGNE,

PAR ÉGINHARD.

I.

I*

INCIPIT PROLOGUS.

VITAM et conversationem, et ex parte non modica res gestas domni et nutritoris mei Karoli, excellentissimi et merito famosissimi regis, postquam scribere animus tulit, quanta potui brevitate complexus sum; operam impendens, ut de his quæ ad meam notitiam pervenire potuerunt, nihil omitterem, neque prolixitate narrandi nova quæque fastidientium animos offenderem; si tamen hoc ullo modo vitari potest, ut nova scriptione (1) non offendantur, qui vetera et a viris doctissimis atque disertissimis confecta monumenta (2) fastidiunt. Et quanquam (3) plures esse non ambigam, qui otio ac litteris dediti, statum ævi præsentis non arbitrentur ita negligendum, ut omnia penitus quæ nunc fiunt, velut nulla memoria digna, silentio atque oblivioni tradantur, potiusque velint, amore diuturnitatis illecti, aliorum præclara facta qualibuscunque scriptis inserere, quam sui nominis famam posteritatis memoriæ nihil scribendo subtrahere, tamen ab hujusmodi scriptione non existimavi temperandum, quando mihi conscius eram, nullum ea veracius quam me scribere posse, quibus ipse interfui, quæque præsens oculata, ut dicunt (4), fide cognovi,

(1) Codd. Reg. Paris. 5925 et 5927 : *descriptione*.

(2) Sic D. Bouquet cum plerisque codicibus; Pertz, *monimenta*.

(3) Non nulli codd. *quamvis*.

(4) C. Reg. Paris. 5354 : *ferunt*.

PROLOGUE.

AYANT résolu d'écrire la vie, les habitudes et la plupart des actes du maître qui m'a nourri, le très-excellent et très-justement fameux roi Charles, j'ai embrassé mon sujet en aussi peu de mots que possible. Je me suis appliqué à ne rien omettre de ce qui a pu venir à ma connaissance, et à ne pas rebuter par trop de prolixité ces esprits dédaigneux de toute chose nouvelle, si toutefois il y a moyen d'éviter un tel écueil, et de ne pas rebuter dans un écrit nouveau des gens qui dédaignent les chefs-d'œuvre de l'antiquité, monuments élevés par les hommes les plus doctes et les plus éloquents. Bien des gens, je le sais, livrés au repos et à l'étude des lettres, sont loin d'attacher si peu d'importance aux affaires du temps présent, qu'ils veuillent condamner au silence et à l'oubli comme entièrement indigne de mémoire tout ce qui se fait aujourd'hui; entraînés au contraire par un besoin d'immortalité, ils aiment mieux s'essayer à raconter les belles actions des autres que de ne rien écrire, et de dérober ainsi à la postérité le souvenir de leur propre nom. Cependant, cette considération ne m'a pas empêché de persister dans mon entreprise, convaincu comme je l'étais que personne ne pouvait raconter avec plus de véracité que moi-même des événements qui se sont passés autour de moi, et dont ma présence m'a rendu, comme on dit, le témoin oculaire. D'ailleurs, un autre a-t-il entrepris la même tâche? C'est ce que je n'ai pu

et utrum ab alio scriberentur necne, liquido scire non potui. Satiusque judicavi eadem cum aliis velut communiter litteris mandata memoriæ posterorum tradere, quam regis excellentissimi, et omnium sua ætate maximi, clarissimam vitam et egregios atque moderni temporis hominibus vix imitabiles actus pati oblivionis tenebris aboleri. Suberat et alia non irrationabilis, ut opinor, causa, quæ vel sola sufficere posset, ut me ad hæc scribenda compelleret: nutrimentum videlicet in me impensum, et perpetua, postquam in aula ejus conversari coepi, cum ipso ac liberis ejus amicitia, qua me ita sibi devinxit, debitoremque tam vivo quam mortuo constituit, ut merito ingratus videri et judicari possem, si tot beneficiorum in me collatorum (1) immemor, clarissima et illustrissima hominis optime de me meriti gesta silentio præterirem, patererque vitam ejus, quasi qui nunquam vixerit, sine litteris ac debita laude manere (2). Cui scribendæ atque explicandæ non meum ingeniolum, quod exile et parvum, immo pene nullum est, sed Tullianam par erat desudare facundiam. — En tibi librum, præclarissimi et maximi viri memoriam continentem, in quo præter illius facta non est quod admireris, nisi forte, quod homo barbarus (3) et in romana locutione perparum exercitatus, aliquid me decenter aut commode latine scribere posse putaverim, atque in tantam impudentiam proruperim, ut illud Ciceronis putarem contemnendum, quod in

(1) C. Reg. Paris. 4628 : *cumulatorum*.

(2) Cod. Reg. Paris. 4955, et quatuor alii : *remanere*.

(3) i. e. *Germanus* (Pertz); cf. Suetonii Caligul. cap. 47.

savoir positivement. J'ai donc pensé qu'il valait mieux risquer de me rencontrer avec d'autres écrivains pour raconter les mêmes faits, que de laisser perdre dans les ténèbres de l'oubli cette vie éclatante d'un roi éminent, supérieur à tous les princes de son siècle, et tant d'actions remarquables que les hommes de nos jours pourraient à peine imiter. A ces motifs venait s'en joindre un autre qui ne me semble pas sans valeur, et qui seul suffirait pour justifier ma résolution : ce sont les soins prodigués à mon enfance, c'est l'amitié constante que lui et ses fils me témoignèrent dès que je commençai à vivre à la cour. Tant de bontés m'attachent à lui par des liens si étroits, et m'imposent, après sa mort comme pendant sa vie, une telle reconnaissance, que je pourrais, que je devrais être taxé d'ingratitude, si, perdant tout souvenir des bienfaits dont j'ai été comblé, et passant sous silence les hautes et magnifiques actions d'un homme à qui je dois tout, je souffrais que sa vie restât comme s'il n'eût jamais vécu, oubliée des lettres et privée des louanges qui lui sont dues. Certes, pour raconter dignement et dans tous ses détails une telle vie, il aurait fallu, non pas un esprit médiocre, chétif et presque nul comme le mien, mais tous les efforts de l'éloquence de Cicéron.

Le voici pourtant, lecteur, ce livre qui contient l'histoire du plus illustre, du plus grand des hommes. A l'exception de cette vie glorieuse, tu n'y trouveras rien à admirer, si ce n'est peut-être la présomption d'un barbare à peine initié au langage des Romains, qui a cru pouvoir écrire en latin d'une manière convenable et facile, et qui a poussé l'impudence jusqu'à mépriser ce précepte que Cicéron adresse dans le premier livre des Tusculanes aux écrivains latins : « Confier ses pensées à l'écriture

primo Tusculanarum libro (1), cum de latinis scriptoribus loqueretur, ita dixisse legitur: *Mandare quemquam, inquit, litteris cogitationes suas, qui eas nec disponere nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis est intemperanter abundantis et otio et litteris.* Poterat quidem hæc oratoris egregii sententia me a scribendo deterrere, nisi animo præmeditatum haberem, hominum judicia potius experiri, et scribendo ingenioli mei periculum facere, quam tanti viri memoriam, mihi parcendo, præterire.

VITA

KAROLI IMPERATORIS.

I. GENS (2) Merovingorum (3), de qua Franci reges sibi creare (4) soliti erant, usque in Hildericum (5) regem, qui jussu Stephani, Romani pontificis, depositus ac detonsus, atque in monasterium trusus est, durasse putatur. Quæ licet in illo finita possit videri, tamen jam dudum nullius vigoris erat, nec quicquam in se clarum præter inane regis vocabulum præferbat; nam et opes et potentia regni penes pa-

(1) Cap. 3.

(2) Cf. Suetonii Augustum, cap. 1.

(3) In quibusdam codd. *Meroingorum*, in aliis *Merowingorum*, *Merigorum*, *Mervingorum*, *Merwingorum* et *Mercvingorum*.

(4) In quib. codd. *recreate*, in aliis *procreate*.

(5) All. *Hildricum*, *Hildiricum*, *Childericum*.

sans être capable de les bien disposer, de les embellir ou d'y répandre un charme qui attire le lecteur, c'est abuser outre mesure de son loisir et des lettres.» Cette maxime de l'illustre orateur aurait pu m'arrêter, si je n'avais pas reconnu d'avance qu'il valait mieux m'exposer à la critique, et soumettre, en composant ce livre, ma faiblesse à une rude épreuve, plutôt que de laisser périr, pour ménager mon amour-propre, la mémoire d'un si grand homme.

VIE

DE L'EMPEREUR CHARLES.

I. LA race des Mérovingiens, dans laquelle les Francs avaient coutume de choisir leurs rois, passe pour avoir duré jusqu'au roi Childéric, qui fut, par ordre du pontife romain Étienne (1), déposé, rasé et jeté dans un monastère. Quoiqu'on puisse la considérer comme finissant seulement avec ce prince, néanmoins elle était déjà

(1) Ce fut le pape Zacharie qui, consulté par Burchard, évêque de Wurtzbourg, et par Fulrad, abbé de Saint-Denis, ambassadeurs de Pépin, ordonna la déposition de Childéric, au mois de mars 752. Ce pape mourut le 14 du même mois. Lors de son avènement, Étienne II, successeur de Zacharie, confirma sans doute et fit exécuter l'ordre que son prédécesseur avait donné. C'est ainsi qu'il faut entendre ce passage d'Éginhard et ne pas le rapporter au couronnement de Pépin, par le pape Étienne, qui n'eut lieu que le 28 juillet 754.

latii præfectos, qui majores domus dicebantur, et ad quos summa imperii pertinebat, tenebantur; neque (1) regi aliud relinquebatur, quam ut regio tantum nomine contentus, crine profuso, barba summissa, solio resideret, ac speciem dominantis (2) effingeret, legatos undecunque venientes audiret, eisque abeuntibus responsa, quæ erat edoctus vel etiam jussus, ex sua velut potestate redderet; cum præter inutile regis nomen et precarium vitæ stipendium, quod ei præfectus aulæ, prout videbatur, exhibebat, nihil aliud proprii possideret, quam unam et eam præparvi redditus villam, in qua domum et ex qua famulos sibi necessaria ministrantes atque obsequium exhibentes paucæ numerositatis habebat. Quocumque eundum erat, carpento ibat, quod bubus junctis, et bubulco rustico more agente, trahebatur; sic ad palatium, sic ad publicum populi sui conventum, qui annuatim ob regni utilitatem celebrabatur, ire, sic domum redire solebat: ad (3) regni amministrationem et omnia quæ vel domi vel foris agenda ac disponenda erant, præfectus aulæ procurabat (4).

II. Quo officio, tum cum Hildericus deponeretur,

-
- (1) C. bibl. Christ. Regim. in Vatic. n° 692 : *atque aliud regi non.*
 (2) C. Florentinus in bibl. Laurent. : *dominationis.*
 (3) i. e. *at; ad* habent omnes sæculi IX et X ac plerique sæculi XI codd.
 (4) Cod. Florentinus : *curabat.*

depuis longtemps sans aucune force, et n'offrait plus en elle rien d'illustre, si ce n'est le vain titre de roi. Car les moyens et la puissance du gouvernement étaient entre les mains des préfets du palais, que l'on appelait majordomes et à qui appartenait l'administration suprême. Le prince, pour toute prérogative, devait se contenter du seul titre de roi, de sa chevelure flottante, de sa longue barbe et du trône où il s'asseyait pour représenter l'image du monarque, pour donner audience aux ambassadeurs des différents pays, et leur notifier, à leur départ, comme l'expression de sa volonté personnelle, des réponses qu'on lui avait apprises et souvent même imposées. A l'exception de ce vain nom de roi et d'une pension alimentaire mal assurée, il ne possédait rien en propre qu'une seule terre d'un modique revenu, qui lui fournissait une habitation et un petit nombre de serviteurs, à ses ordres chargés de lui procurer ce qui lui était nécessaire. S'il fallait aller quelque part, c'était sur un char traîné par un attelage de bœufs qu'un bouvier menait à la manière des paysans : c'était ainsi qu'il se rendait au palais et à l'assemblée générale de son peuple, tenue chaque année pour les affaires publiques; c'était ainsi qu'il revenait chez lui. Quant à l'administration du royaume, aux mesures et aux dispositions qu'il fallait prendre au dedans et au dehors, le maire du palais en avait tout le soin.

II. Lors de la déposition de Childéric, Pépin, père du roi Charles, remplissait déjà ces fonctions presque à titre héréditaire. En effet, Charles, son père, qui écrasa les tyrans dont l'ambition menaçait toute la France; qui, au moment où les Sarrasins envahissaient la Gaule, les vain-

Pippinus, pater Karoli regis, jam velut hereditario (1) fungebatur. Nam pater ejus Karolus, qui tyrannos per totam Franciam dominatum sibi vindicantes oppressit, et Sarracenos Galliam occupare temptantes duobus magnis præliis, uno in Aquitania apud Pictavium (2) civitatem, altero juxta Narbonam apud Birram (3) fluvium, ita devicit, ut in Hispaniam eos redire compelleret, eundem magistratum, a patre Pippino sibi dimissum, egregie amministravit (4); qui honor non aliis a populo dari consueverat, quam his qui et claritate generis et opum amplitudine cæteris eminebant.

Hunc cum Pippinus, pater Karoli regis, ab avo et patre sibi et fratri Karlomanno (5) relictum, summa cum eo concordia divisum, aliquot annis velut sub rege memorato tenuisset, frater ejus Karlomannus, incertum quibus de causis, tamen videtur quod amore conversationis contemplativæ succensus, operosa temporalis regni amministrazione relicta, Romam se in otium contulit, ibique habitu permutato monachus factus, in monte Soracte (6) apud ecclesiam beati Silvestri constructo monasterio, cum fratribus secum ad hoc venientibus per aliquot annos optata quiete perfruitur. Sed cum ex Francia multi nobilium ob vota

(1) Nuenarius comes, cum duob. codd., *hereditario jure*.

(2) C. Christinæ Reg. 637 : *Pictavim*; Cod. Reg. Paris. 5943 : *Pictavum*; idem habent codd. Reg. Par. 5927 et 5354.

(3) Non nulli codd. *Byrram*; Codd. Florentin. et Paris. 5925 : *Pyrram*; C. Christ. Regin. 692 : *Buram*.

(4) Recentior. codd. *administravit*, et supra, *administrationem*.

(5) All. *Karlemanno*, *Karolomanno*, *Carlomanno*.

(6) All. *Saracte*, *Sorate*, *Serapti*, *Syrapte*, *Syrapti*.

quit si complètement dans deux grandes batailles, l'une en Aquitaine, auprès de la ville de Poitiers, l'autre près de Narbonne, sur les bords de la Berre (1), qu'il les contraignit à rentrer en Espagne, avait aussi glorieusement occupé cette charge que Pépin, son père, lui avait transmise. Le peuple ne confiait ordinairement ces fonctions qu'à des hommes placés au-dessus de tous les autres par l'illustration de leur naissance et la puissance de leurs richesses.

Pépin, père du roi Charles, hérita avec Carloman de cette dignité successivement possédée par leur aïeul et par leur père. Un accord fraternel présida au partage de leur autorité commune, qui s'exerça pendant quelques années comme sous les ordres du roi Childéric, jusqu'au moment où Carloman, on ne sait trop pour quel motif, si ce n'est peut-être par amour pour la vie contemplative, abandonnant le lourd fardeau d'un gouvernement temporel, se rendit à Rome afin d'y chercher la tranquillité. Là, renonçant à la vie séculière pour se faire moine, il construisit sur le mont Soracte, près de l'église de Saint-Silvestre, une abbaye, où, dans la société des frères qui se joignirent à lui dans le même but, il goûta pendant quelques années le repos qu'il avait désiré. Mais, comme beaucoup de nobles, partis de France, se rendaient solennellement à Rome pour s'acquitter de leurs vœux, et ne voulaient point passer sans saluer leur ancien maître, leurs fréquentes visites troublèrent la vie paisible qui faisait tout son bonheur, et le forcèrent à changer de

(1) Cette bataille fut livrée à 3 lieues et demie au sud de Narbonne, entre les villages de Portel et du Lac, près de l'embouchure de la Berre dans l'étang de Sigean. (Aude, arrondissement de Narbonne.)

solvenda Romam sollemniter commearent, et eum, velut dominum quondam suum, præterire nollent, otium, quo maxime delectabatur, crebra salutatione interrumpentes, locum mutare compellunt. Nam hujuscemodi frequentiam cum suo proposito officere vidisset, relicto monte, in Samnium provinciam ad monasterium sancti Benedicti situm in castro Casino (1) secessit, et ibi, quod reliquum erat temporalis vitæ, religiose conversando complevit (2).

III. Pippinus autem, per auctoritatem Romani pontificis ex præfecto palatii rex constitutus, cum per annos xv aut eo amplius Francis solus imperaret, finito Aquitanico bello, quod contra (3) Waifarium, ducem Aquitaniæ, ab eo susceptum, per continuos novem annos gerebatur, apud Parisius (4) morbo aquæ intercutis (5) diem obiit, superstitibus liberis Karlo (6) et Karlomanno (7), ad quos successio regni divino nutu pervenerat. Franci siquidem, facto sollemniter generali conventu, ambos sibi reges constituunt, ea conditione præmissa, ut totum regni corpus ex æquo partirentur; et Karolus eam partem quam pater eorum Pippinus tenuerat, Karlomannus vero eam cui patruus eorum Karlomannus præerat, regendi gratia suscipe-

(1) Nuenarius comes : *arce Cassina*.

(2) Cf. annales a. 753-755.

(3) All. *Gaufrarium, Gaiferium, Guaiifarium*.

(4) Plurimi codd. *Parisios*.

(5) Al. *intercutaneo*.

(6) Al. *Karolo*.

(7) All. *Karlemanno, Karolomanno, Karlomagno, Charolomanno*.

retraite. En effet, voyant que cette affluence continuelle contrariait ses desseins, il abandonna le mont Soracte, se retira dans la province du Samnium, au monastère de Saint-Benoît, situé dans le château du mont Cassin, et y passa, dans les pratiques de la religion, les derniers jours de sa vie temporelle (1).

III. Pépin, qui de préfet du palais était devenu roi avec l'assentiment du pontife de Rome, gouverna seul les Francs pendant plus de quinze ans (2); et après avoir terminé la guerre d'Aquitaine qu'il avait entreprise contre Waifre, duc de ce pays, et qu'il continuait depuis neuf années entières, il mourut à Paris d'une hydropisie, laissant deux fils, Charles et Carloman, auxquels, par la permission divine, la succession au trône avait été dévolue. Les Francs, réunis en assemblée générale et solennelle, reconnurent pour rois ces deux princes, sous la condition préalable qu'ils se partageraient également le royaume; que Charles recevrait la portion qu'avait eue Pépin leur père, et Carloman celle que leur oncle Carloman avait gouvernée. De part et d'autre ces conditions

(1) Il mourut à Vienne, le 4 décembre 754, au retour du voyage qu'il entreprit pour combattre auprès de son frère les sollicitations que faisait alors le pape Étienne contre Astolphe, roi des Lombards. Voy. les Ann. en 753 et 755.

(2) Pépin mourut à Saint-Denis, le 24 septembre 768. Si l'on compte les années du règne de ce prince à dater de son premier couronnement au mois de mars 752, il a régné seize ans et sept mois. Si on ne les compte qu'à partir du second couronnement, qui est du 28 juillet 754, il n'a régné que quatorze ans et un mois.

ret. Susceptæ sunt utrinque conditiones, et pars regni divisi juxta modum sibi propositum ab utroque recepta est. Mansitque ista, quamvis cum summa difficultate, concordia, multis ex parte Karlomanni societatem separare molientibus, adeo ut quidam eos etiam bello committere sint meditati. Sed in hoc plus suspicionis (1) quam periculi fuisse, ipse rerum exitus approbavit, cum, defuncto Karlomanno, uxor ejus et filii cum quibusdam qui ex optimatum ejus numero primores erant, Italiam fuga petiit (2), et nullis existentibus causis, spreto mariti fratre, sub Desiderii, regis Langobardorum (3), patrocinium se cum liberis suis contulit (4). Et Karlomannus quidem post administratum communiter biennio regnum morbo decessit; (5) Karolus autem, fratre defuncto, consensu omnium Francorum rex constituitur.

IV. De cujus nativitate atque infantia, vel etiam pueritia, quia neque scriptis usquam (6) aliquid declaratum est, neque quisquam modo superesse invenitur, qui horum se dicat habere notitiam, scribere ineptum judicans, ad actus et mores cæterasque vitæ illius partes explicandas ac demonstrandas, omissis incognitis, transire disposui; ita tamen (7), ut primo

(1) Pertz, cum non nullis codd. *suspecti*.

(2) Nuenar. com. et Marq. Freherus: *peteret*.

(3) Al. *Longobardorum*.

(4) Nuenar. com. et Marq. Freherus: *offerret*.

(5) Pertzianam divisionem retinuimus; hinc autem D. Bouquetus et alii editores capituli iv initium ponunt.

(6) Plures codd. *unquam*.

(7) Cf. Suetonii August. cap. 9.

furent acceptées, et chacun d'eux prit possession de la portion du royaume qui lui revenait d'après les conventions du partage. Cet arrangement subsista, mais ce ne fut pas sans grandes difficultés; car, du côté de Carloman, il y eut bien des gens qui s'efforcèrent de troubler leur union, et quelques-uns même allèrent jusqu'à vouloir exciter une guerre entre les deux frères. Mais qu'il y ait eu dans tout cela plus de méfiance que de danger réel, c'est ce que prouva l'événement, lorsqu'à la mort de Carloman, sa femme s'enfuit en Italie avec ses fils et quelques-uns des principaux de sa cour, et, sans raison, sans égard pour le frère de son mari, alla se mettre sous la protection de Didier, roi des Lombards. Quant à Carloman, il était mort de maladie après avoir administré pendant deux ans (1) le royaume en commun avec son frère. C'est alors que Charles fut reconnu roi du consentement unanime des Francs.

IV. Comme on n'a jamais rien écrit sur la naissance de ce prince (2), ni sur son enfance, ni même sur sa jeunesse, et qu'il n'existe plus personne qui dise

(1) On lit, dans le chronographe de Saint-Bénigne de Dijon, qui prend mot pour mot dans Éginhard tout ce qu'il dit de Charlemagne, *quadriennio*, quatre ans. En effet, Carloman étant mort le 4 décembre 771, a régné trois ans, deux mois et huit jours, à compter de la mort de Pépin.

(2) Charlemagne est né en 742, d'après Éginhard, chap. 31; le 2 avril, d'après un ancien calendrier du monastère de Lorsch rapporté par D. Mabillon, *De re Diplomatica suppl*, cap. 9; à Aix-la-Chapelle, suivant le moine de Saint-Gall, liv. II, chap. 30; à Ingelheim, suivant Godefroi de Viterbe, partic. XVII, pag. 505, édit. de Struv.

*Pippinus moritur; consurgit Carolus acer
Natus in Ingelheim, cui Berta fit Ungara mater.*

res gestas et domi et foris, deinde mores et studia ejus, tum de regni amministrazione et fine narrando, nihil de his quæ cognitu (1) vel digna vel necessaria sunt, prætermittam (2).

V. Omnium (3) bellorum quæ gessit, primo Aquitanicum, a patre inchoatum sed nondum finitum, quia cito peragi posse videbatur (4), fratre adhuc vivo, etiam et auxilium ferre rogato, suscepit; et licet eum frater promisso frustrasset auxilio, susceptam (5) expeditionem strenuissime exsecutus, non prius incepto desistere aut semel suscepto labori cedere voluit, quam hoc quod efficere moliebatur, perseverantia quadam ac jugitate perfecto fine concluderet. Nam et Hunoldum (6), qui post Waifarii (7) mortem Aquitaniam occupare bellumque jam pene peractum reparare temptaverat, Aquitaniam relinquere et Wasconiam (8)

(1) Cod. Florentin. *condita, vel digesta vel necessaria.*

(2) Cod. Bibl. Cæs. Vindobon. 990: ... *prætermittam. Explicit prologus. Incipit liber primus de amministrazione regni et fine Karoli. Omnium....* — Cod. Christin. Regin. 637: *Hic est pars prima in qua de bellis agitur.*

(3) Cf. Sueton. August. cap. 10.

(4) Nuenar. comes: *putabatur.*

(5) D. Bouquet et Schmincke: *susceptam tamen.*

(6) All. *Unaldum, Humoldum, Hunaldum.*

(7) All. *Waipharii, Gaufarii.*

(8) Cod. Reg. Par. 5927: *Guasconiam.*

connaître ces détails, j'ai cru qu'il était inutile de m'en occuper; laissant donc de côté les faits inconnus, j'ai résolu d'arriver de suite à ses actions, à son caractère, aux autres circonstances de sa vie, pour les raconter et les décrire. Je parlerai d'abord de ses actes tant au dehors qu'au dedans, puis de son caractère et de ses goûts, et enfin de son administration et de sa mort, en m'attachant à ne rien omettre de ce qu'il est utile ou nécessaire de faire connaître.

V. La guerre d'Aquitaine commencée (1), mais non terminée par son père, fut la première de toutes celles qu'il entreprit. Il s'y décida parce qu'il croyait pouvoir compter sur un prompt succès à l'aide de son frère qui vivait encore et dont il avait demandé l'assistance. Quoique frustré du secours qui lui avait été promis, il n'en poursuivit pas moins avec ardeur l'expédition commencée, ne voulant point abandonner l'entreprise, ni reculer devant la tâche qu'il s'était imposée, avant d'avoir complètement atteint son but à force de ténacité et de persévérance. En effet, Hunold qui, après la mort de Waifre (2), avait essayé de s'emparer de l'Aquitaine et de rallumer la guerre presque éteinte, fut contraint de quitter cette province et de se

(1) En 760. — L'Aquitaine comprenait alors tout le pays qui s'étend entre la Loire et la Garonne, sur une surface d'environ 6,000 lieues carrées, et qui forma depuis la Guienne, la Saintonge, le Berri, le Poitou, le Bourbonnais, l'Auvergne, et la partie orientale du Languedoc. C'est à peu près le quart de la France actuelle.

(2) Waifre ayant été assassiné le 2 juin 768, Hunold, son père, qui s'était retiré depuis vingt-trois ans dans le monastère de Saint-Philibert de l'île de Ré, en sortit alors pour rétablir sa famille dans la principauté d'Aquitaine.

petere coegit. Quem tamen ibi consistere non sustinens, transmissa amne Garonna (1) [et ædificato castro Frontiaco] (2), Lupo, Wasconum duci, per legatos mandat, ut perfugam (3) reddat; quod ni festinato faciat, bello se eum expostulaturum (4). Sed Lupus, saniori usus consilio, non solum Hunoldum reddidit, sed etiam se ipsum, cum provincia cui præerat, ejus potestati permisit (5).

VI. Compositis in Aquitania rebus eoque bello finito, regni quoque socio jam rebus humanis exempto, rogatu et precibus Adriani (6), Romanæ urbis episcopi, exoratus, bellum contra Langobardos (7) suscepit. Quod prius quidem et a patre ejus, Stephano (8) papa supplicante, cum magna difficultate susceptum est, quia quidam e primoribus Francorum, cum quibus consultare solebat, adeo voluntati ejus renisi sunt,

(1) All. *Garronna, Garomna, Garrona, Garona.*

(2) Hæc verba, uncinis inclusa, non agnoscunt Goldastus et Bollandus, nec in suis mss. reperisse se testatur Schminkius. Desunt in septem codd. Regiis, habentur in duobus (Codd. 5927 et 5926.) (D. Bouquet). — Absunt ab editione Pertziana.

(3) Cod. Vindobon. 667 : *profugam*; cod. Christ. Regin. 637 : *profugum*.

(4) Cod. Vindobon. 338, et cod. monasterii Zwetlensis : *postulaturum*. — Cod. Reg. Par. a D. Bouq. laudat : *expulsurum*. — Chronic. S. Benig. Divion. : *expugnaturum*.

(5) Nuenar. comes et Marquard. Freherus : *submit.*

(6) Cod. Vindobon. 654 : *Hadriani*.

(7) All. *Longabardos, Longobardos*.

(8) *Sub Stephano papa s.* habent quidam codices. — « Einhardum primo quidem *sub (p)licante* Stephano Papa scripsisse, tum vero *supplicante* remoto, *sub* non ita delevisse existimaverim, ut non scribarum aliqui id quoque recipiendum putaverint. » (Pertz.)

retirer en Gascogne. Mais Charles, ne voulant pas même souffrir qu'il y demeurât, passe la Garonne, et, après avoir élevé le château de Fronsac (1), envoie à Loup, duc des Gascons, des députés pour réclamer la remise du fugitif, le menaçant, s'il n'obéissait promptement, d'aller le lui redemander les armes à la main. Loup, prenant le parti le plus sage, ne se contenta pas de livrer Hunold (2), mais de plus il se remit lui-même au pouvoir de Charles avec la province qu'il commandait.

VI. Après avoir réglé les affaires d'Aquitaine et terminé cette guerre, lorsque déjà celui qui partageait le trône avec lui était délivré des soucis de ce monde, Charles, cédant aux prières et aux instances d'Adrien, évêque de Rome, entreprit la guerre contre les Lombards (3). Avant lui, son père avait entrepris, à la supplication du pape Étienne (4), une semblable expédition,

(1) Fronsac (Gironde), près du confluent de l'Ille avec la Dordogne. Le château est détruit depuis longtemps.

(2) Loup était le neveu d'Hunold, mais il dut livrer son oncle d'autant plus volontiers, que vingt-quatre ans auparavant, celui-ci avait fait crever les yeux d'Hatton, son frère, père de Loup. On ne sait rien de bien positif sur la fin d'Hunold. Son refuge à Rome, sa fuite chez les Lombards, sa mort par lapidation, qui aurait eu lieu en 774, pendant le siège de Pavie, tout cela paraît être une fable inventée par Anastase le Bibliothécaire dans sa vie d'Étienne II (ap. D. Bouq. V, p. 434, E), et répétée par Sigebert de Gemblours dans sa Chroniq. (Ibid. p. 576, B.) — Sur Hunold, voy. ibid. p. 444 : *Excerpt. ex vita SS. Bertharii et Athaleni martyr.*

(3) En 773.

(4) Il vint, dit la Chroniq. de Moissac, la tête couverte de cendres et le corps revêtu d'un cilice, implorer l'assistance du roi en se prosternant à ses pieds, *in terram prostratus.* (Voy. *Chronic. Moissiac., ad ann. 754*, ap. D. Bouq., V, p. 67, c.) *Supplicante* a le même sens

ut, se regem deserturos domumque redituros, libera voce proclamarent (1) : susceptum est tamen tunc contra Haistulfum (2) regem et celerrime completum. Sed licet sibi et patri belli suscipiendi similis ac potius eadem causa subesse videretur; haud simili tamen et labore certatum, et fine constat esse completum. Pipinus siquidem Haistulfum regem paucorum dierum obsidione apud Ticenum (3) compulit et obsides dare et erepta Romanis oppida atque castella restituere, atque, ut reddita non repeterentur, sacramento fidem facere; Karolus (4) vero post inchoatum a se bellum non prius destitit, quam et Desiderium regem, quem longa obsidione fatigaverat, in deditionem susciperet, filium ejus Adalgisum, in quem spes omnium inclinatae videbantur (5), non solum regno sed etiam Italia excedere (6) compelleret, omnia Romanis erepta restitueret, Hruodgausum (7), Forojuliani (8) ducatus

(1) Cod. Christin. Regin. 692 : *declamarent*.

(2) All. *Haistolfum*, *Aistulfum*.

(3) Cod. Vindobon. 667. *Ticinum*; sic D. Bouquet; plurimi codd. : *Ticenum*.

(4) Duo codd. *Karlus*, — et infra : *Adaugisum*.

(5) Cod. Vindobon. 667 : *inclinata videbatur*.

(6) Cod. Vindobon., 178 : *Italiam cedere*. — Cod. Christin. Regin. 692 : *Hitalia excedere*. — Nuenar. comes et Marquard. Freherus : *Italia decedere*.

(7) D. Bouquet *Ruodgaudum*; — Codd. *Hruadgausum*, *Ruodgausum*, *Ruotgausum*, *Ruothgausum*, *Ruothogausum*, *Routgausum*, *Rodgausum*, *Ruogausum*, *Hruodgaudum*, *Ruodgaudum*. — Chronic. S. Benigni Divionens. : *Chrodogausum*, *Forojuliani ducatus praefectum*, *res novas molientem opprimeret et Habilinum socerum ejus Tarvisa civitate obsessum caperet, totamque Italiam.... regem praeficeret*.

(8) All. *Forojulani*, *Forojulii*.

mais encore de l'Italie; qu'il n'eût restitué aux Romains tout ce qui leur avait été pris; réduit à l'impuissance Rodgaud, duc de Frioul, qui avait tramé de nouvelles révoltes; subjugué toute l'Italie, et imposé pour roi à sa nouvelle conquête son fils Pépin. Ce serait ici le lieu de raconter combien il eut de peine à franchir les Alpes pour passer en Italie; avec quelles fatigues les Francs parvinrent à gravir ces montagnes aux sommets inaccessibles, ces rochers qui s'élançaient jusque dans les cieux, et qui ne leur offraient que d'âpres sentiers. Mais je me suis proposé dans cet ouvrage de faire connaître à la postérité la manière de vivre du roi Charles plutôt que les événements de ses expéditions militaires. Il me suffira de dire que les résultats de cette guerre furent la soumission de l'Italie, l'exil perpétuel du roi Didier, l'expulsion de son fils Adalgise, et le rétablissement d'Adrien, chef de l'Église romaine, dans toutes les possessions que lui avaient enlevées les rois des Lombards.

VII. Cette expédition terminée, on reprit la guerre contre les Saxons (1), qui semblait comme interrompue. Aucune ne fut plus longue, plus acharnée, plus laborieuse pour le peuple franc, parce que les Saxons, comme presque toutes les nations qui habitent la Germanie, naturellement sauvages, livrés au culte des démons (2), et

(1) Soumis par Clotaire en 555, les Saxons ne cessèrent de renouveler contre les Francs, pendant toute la durée de la dynastie mérovingienne, des hostilités qui continuèrent, presque sans interruption, sous la seconde race. Vaincus par Charles Martel en 738, ils le furent encore par Carloman en 747, et par Pépin en 753 et 758. La guerre que Charlemagne termina en trente-trois ans, de 772 à 804, durait déjà depuis plus de trois siècles.

(2) Sur la religion professée par les Saxons, et sur l'*Irmensul* ou

polluere vel transgredi inhonestum arbitrabantur. Suberant et causæ quæ quotidie pacem conturbare poterant, termini videlicet nostri (1) et illorum pæne ubique in plano contigui, præter pauca loca, in quibus vel silvæ majores, vel montium juga interjecta utrorumque agros certo limite disterminant, in quibus cædes et rapinæ et (2) incendia vicissim fieri non cessabant; quibus adeo Franci sunt irritati, ut non jam vicissitudinem (3) reddere, sed apertum contra (4) eos bellum suscipere dignum judicarent. Susceptum est igitur (5) adversus (6) eos bellum, quod magna (7) utrimque animositate, tamen majore Saxonum quam Francorum dampno (8), per continuos triginta tres annos gerebatur. Poterat siquidem citius finire, si Saxonum hoc perfidia pateretur. Difficile dictu est, quoties (9) superati ac supplices regi se dediderunt, imperata facturos polliciti sunt, obsides qui imperabantur absque dilatione dederunt, legatos qui mittebantur susceperunt, aliquoties ita domiti et emolliti, ut etiam cultum dæmonum dimittere et christianæ religioni se

(1) Cod. Reg. Paris. 5927 : *videlicet Francorum*.

(2) *Et*, habent D. Bouq. et fere omnes codd. Pertzius autem, cum uno tantum cod. Vindobon. 667, *vel*. Quæ vox, uti dicit, a scriptoribus hujus ævi eadem significatione qua *et* usurpatur.

(5) Nuenar. Com., cum codd. Gemblacensi, Bodleian. et Lugdunensi : *vices*.

(4) Cod. Reg. Paris. 4628 : *adversus*.

(5) Cod. Reg. Paris. 5927 : *ergo*.

(6) Cod. Reg. Paris. 5927 : *contra*.

(7) Cod. Regin. Christin. 692 : *maxima*.

(8) Ita habet Pertz, cum plerisq. codd. — Nuenar, comes et Marq. Freherus, cum codd. Florentino et Vindobon. 654 : *damno*.

(9) Non nulli codd. *quotiens*, — *dederunt*, — et infra, *aliquotiens*.

mais après de grandes difficultés ; car les principaux d'entre les Francs, que ce prince était dans l'usage de consulter, résistèrent à sa volonté au point de déclarer hautement qu'ils l'abandonneraient et retourneraient chez eux (1). Cependant cette guerre eut lieu et fut promptement terminée. Mais, quoique Charles et son père, en prenant les armes, aient été déterminés par des raisons de même nature ou plutôt par les mêmes raisons, la guerre n'en fut pas moins toute différente dans ses difficultés et par son résultat. Pépin, après avoir tenu assiégé pendant quelques jours seulement le roi Astolfe dans Pavie (2), le contraignit à donner des otages, à rendre aux Romains les places et châteaux qu'il leur avait enlevés, et à promettre par serment qu'il ne chercherait pas à reprendre ce qu'il venait de restituer. Au contraire, lorsque Charles eut commencé la guerre, il ne s'arrêta pas qu'il n'eût forcé le roi Didier, fatigué par un long siège, à se rendre à discrétion (3); qu'il n'eût chassé son fils Adalgise, sur qui semblaient s'être reportées toutes les espérances des Lombards, non-seulement du royaume,

dans le texte d'Éginard, *prières faites à genoux*.—L'expédition de Pépin eut lieu en 754.

(1) Ainsi, sous le règne de Pépin, l'obligation de suivre le roi à la guerre n'était pas tellement rigoureuse chez les Francs, qu'ils ne pussent quelquefois s'y refuser, surtout lorsqu'il s'agissait d'une expédition loin de leur pays. Charlemagne lui-même, au commencement de son règne, fut obligé de demander le consentement de ses leudes pour les emmener dans ses expéditions. Ce ne fut que plus tard, après son empire, qu'il porta des peines sévères contre quiconque refuserait le service militaire. Voy. *ap. Baluz.* tom. I, col. 365 *et seqq.* les Capit. des années : 802, Cap. I, c. 7; 803, Cap. III, c. 5; 807, c. 1; 810, Cap. I, c. 11; 812, Cap. I, c. 1, et Cap. II, c. 1.

(2) En 755.

(3) En 774.

præfectum, res novas molientem opprimeret, totamque Italiam suæ ditioni subjugaret, subactæque filium suum Pippinum regem imposeret. Italiam intranti quam difficilis Alpium transitus fuerit, quantoque Francorum labore in via montium juga et eminentes in coelum scopuli atque asperæ cautes superatæ sint, hoc loco describerem (1), nisi vitæ illius modum potius quam bellorum quæ gessit eventus memoriæ mandare præsentis opere animo esset propositum. Finis tamen hujus belli fuit subacta Italia, et rex Desiderius perpetuo exilio deportatus, et filius ejus Adalgisus Italia pulsus, et res a Langobardorum (2) regibus ereptæ, Adriano (3), Romanæ ecclesiæ rectori, restitutæ.

VII. Post (4) cujus finem Saxonicum, quod quasi intermissum videbatur, repetitum est; quo nullum neque prolixius, neque atrocius Francorumque populo laboriosius susceptum est, quia Saxones, sicut omnes fere Germaniam incolentes nationes, et natura feroces, et cultui dæmonum dediti, nostræque religioni contrarii, neque divina neque humana jura (5) vel

(1) Cod. Florentin. : *discriferem*.

(2) Al. *Longobardorum*.

(3) Nuenar. Com. et Marquard. Freherus, cum codd. Vindobon. 654 et Reg. Paris. 4955 : *Hadriano*.

(4) Cf. chron. S. Benigni Divionens. fragment. ap. D. Bouquet, t. V, p. 91, not. e.

(5) Cf. chron. S. Benigni, *ibid.* p. 91, not. f.

même ils semblèrent tellement domptés et abattus, qu'ils promirent d'abandonner le culte des idoles pour se soumettre au joug de la religion chrétienne : mais, s'ils furent prompts à prendre de tels engagements, ils se montrèrent en même temps si empressés de les rompre, qu'on ne saurait dire au vrai lequel de ces deux penchants était en eux le plus fort. En effet, depuis le commencement de la guerre, à peine se passa-t-il une seule année qui ne fût signalée par un de ces changements. Mais le grand courage du roi, sa constance inébranlable dans les revers comme dans la prospérité, ne se laissa jamais vaincre par leur mobilité, ni rebuter dans l'exécution de ses projets. Il ne souffrit jamais qu'ils manquassent impunément à leur foi; jamais ils ne commirent de telles perfidies sans qu'une armée, guidée par lui ou par ses comtes, allât en tirer vengeance, et leur infliger un juste châtiment (1); jusqu'à ce qu'enfin, après avoir complètement vaincu et réduit en son pouvoir tout ce qui s'opiniâtrait à résister, il fit enlever, avec leurs femmes et leurs enfants, dix mille de ceux qui habitaient les deux rives de l'Elbe, et les répartit çà et là en mille endroits séparés de la Gaule et de la Germanie (2). Une condition prescrite par le roi, et acceptée par les Saxons, mit fin à cette guerre qui durait

(1) On sait par quelle terrible exécution Charlemagne punit, en 782, la grande révolte excitée par Witikind; en un seul jour quatre mille cinq cents Saxons furent décapités à Verden sur l'Aller, *Ferdi super Alaram*. (Hanovre). Voyez ci-après les Ann.

(2) Cette déportation des habitants des rives de l'Elbe eut lieu pendant l'été de l'année 804, et Charlemagne fit distribuer aux Abodrites les terres restées vacantes. (Voy. ap. D. Bouq. tom. V; *Annal. Francor. Tilian.*, p. 24, D; *Annal. Francor. Loisel.* p. 54, C; *Annal. Lamb.* p. 66, B; *Adonis Chronic.* p. 321, E, etc., et ci-après les Annales d'Éginhard à l'année 804.)

ciperent , et Francis adunati , unus cum eis populus efficerentur.

VIII. Hoc bello (1), licet per multum (2) temporis spatium traheretur, ipse non amplius cum hoste quam his acie conflixit, semel juxta montem qui Osnengi (3) dicitur, in loco Theotmelli (4) nominato, et iterum apud Hasam (5) fluvium, et hoc uno mense paucisque (6) interpositis diebus. His duobus praeliis hostes adeo profligati ac devicti sunt, ut ulterius regem neque provocare, neque venienti resistere, nisi aliqua loci munitione defensi, auderent. Plures tamen eo bello tam ex nobilitate Francorum quam Saxonum, et functi summis honoribus, viri consumpti sunt, tandemque anno tricesimo tertio finitum est, cum interim tot ac tanta in diversis terrarum partibus bella contra Francos et exorta sint et sollertia regis administrata, ut merito intuentibus in dubium venire possit, utrum in eo aut laborum patientiam, aut felicitatem potius mirari conveniat. Nam biennio ante

(1) D. Bouquet, cum plurimis codd. : *bellum*.

(2) Sic D. Bouquet et plerique codd.—Pertz : *permultum temporis spatium*.

(3) D. Bouq. *Osneggi*; ap. codd. *Osnengi*, *Osnigni*, *Hosneggi*, *Neggi*, *Osieedi*.

(4) All. *Teotmalli*, *Tehtmelli*, *Theotmille*, *Theothmelli*, *Theotinelli*, *Theotinolli*, *Theotmolli*, *Theothmolli*, *Thietmelli*. — Nuenar. comes : *Thietmelle*.

(5) All. *Asa*, *Uasara*, *Uasera*, *Hasam*, *Asam*, *Hesa*.

(6) Non nulli codd. *paucis quoque*.

ennemis de la religion chrétienne, croyaient pouvoir sans honte profaner et violer les lois divines et humaines. Il y avait encore d'autres causes de nature à troubler la paix chaque jour; en effet, nos frontières et les leurs sont presque partout contiguës dans un pays de plaine, et c'est par exception que dans un petit nombre de lieux de vastes forêts et de hautes montagnes délimitent d'une manière plus certaine le territoire des deux peuples; aussi n'était-ce de part et d'autre, sur toute la frontière, que meurtres, incendies et rapines. Ces excès irritèrent tellement les Francs, qu'ils résolurent, non plus d'user de représailles, mais de faire aux Saxons une guerre déclarée. Une fois commencée, elle se continua pendant trente-trois ans avec un égal acharnement de part et d'autre, mais d'une manière plus funeste pour les Saxons que pour les Francs. Cette guerre aurait pu être terminée plus tôt, si la perfidie des Saxons l'eût permis. Il serait difficile de dire combien de fois, vaincus et suppliants, ils s'abandonnèrent à la merci du roi et jurèrent d'obéir à ses ordres; combien de fois ils livrèrent sans délai les otages qu'on leur demandait (1), et reçurent les gouverneurs qui leur étaient envoyés; combien de fois

mieux *Irmensäul*, principal objet de leur culte, voyez les additions à la fin du volume.

(1) C'étaient des enfants que Charlemagne confiait aux monastères pour les faire élever dans la religion chrétienne, et les envoyer ensuite prêcher l'Évangile dans leur pays. Tel fut Ebbo, archevêque de Reims, l'apôtre du Danemarck. (*Translat. S. Viti*, ap. Pertz, tom. II, p. 577, 5; *Miracula S. Wandregisilli*, ap. Duchesne, tom. III, p. 386; et Eckhart, *Franc. orient.* tom. I, p. 663.) — Les Saxons, dans leurs révoltes, ne tinrent aucun compte de ces otages pour la vie desquels ils n'avaient rien à craindre, et que dans tous les cas ils regardaient comme perdus pour leur patrie.

subdere velle promitterent : sed sicut ad hæc facienda aliquoties proni, sic ad eadem pervertenda semper fuere præcipites, ut satis non sit (1) æstimare, ad utrum horum faciliores verius dici possint, quippe cum post inchoatum cum eis bellum vix ullus (2) annus exactus sit, quo non ab eis hujusmodi facta sit permutatio. Sed magnanimitas regis, ac perpetua tam in adversis quam in prosperis mentis constantia, nulla eorum mutabilitate vel vinci poterat, vel ab his quæ agere coeperat defatigari; nam nunquam eos hujusmodi aliquid perpetrantes impune ferre passus est, quin aut ipse per se (3) ductorem (4), aut per comites suos, misso exercitu, perfidiam ulcisceretur et dignam ab eis exigeret poenam, usque dum, omnibus qui resistere solebant profligatis et in suam potestatem reductis, decem milia hominum, ex his qui utrasque ripas Albis (5) fluminis incolebant, cum uxoribus et parvulis sublatis transtulit, et huc atque illuc per Galliam et Germaniam multimoda divisione distribuit. Eaque conditione a rege proposita et ab illis suscepta, tractum per tot annos bellum constat esse finitum, ut abjecto dæmonum cultu (6) et relictis patriis cæremoniis, christianæ fidei atque religionis sacramenta sus-

(1) Sic quinque codd. — Non nulli : *ut non satis sit.* — Cod. nunc Reg. Paris. (olim B. M.) 133 : *ut non satis potest.* — Nuenar. comes : *ut non facile aestimare possis.* — Pertz : *non sit ut satis aestimare.*

(2) Novem codd. *ille.*

(3) Cf. Suet. Aug. c. 20.

(4) D. Bouquet : *per se ducto.* Sic plurimi codd.

(5) Cod. Reg. Paris. 4955 : *Albe*; cod. Vindobon. 990 : *Alvis*; cod. Vindobon. 338 et cod. monast. Zwetlensis : *Albi.*

(6) Cod. Cantabrigiensis : *abjecta dæmonum cultura.*

depuis tant d'années. Il fut convenu qu'abandonnant le culte des démons et renonçant aux cérémonies de leurs pères, ils embrasseraient la foi chrétienne, en recevraient les divins sacrements, et se réuniraient aux Francs pour ne plus former qu'un seul peuple.

VIII. Quoique cette guerre ait duré fort longtemps, le roi ne livra en personne que deux batailles rangées (1), la première près du mont Osneg, dans le lieu appelé Detmold (2), la seconde dans le même mois et à peu de jours d'intervalle sur les bords de la Hase (3). Dans ces deux combats, les ennemis furent si complètement défaits et vaincus, qu'ils n'osèrent plus jamais prendre l'offensive, ni même résister aux attaques du roi, à moins d'être protégés par quelque forte position. Les Francs, aussi bien que les Saxons, perdirent dans cette lutte une partie de leur noblesse et des personnages revêtus des plus hautes dignités; enfin elle fut terminée au bout de trente-trois ans de durée. Dans cet intervalle, des guerres si nombreuses, si terribles furent suscitées contre les Francs dans les diverses parties du monde, et furent toutes conduites par le roi avec tant d'habileté, qu'à bien considérer les choses, on ne sait ce qu'il faut admirer le plus, ou de sa constance dans les travaux, ou de sa fortune. La guerre contre les Saxons précéda de deux ans celle d'Italie (4), et quoique

(1) En 783. — (2) Detmold sur la Werra, dans le diocèse d'Osnabruck (Westphalie), aujourd'hui chef-lieu du comté de la Lippe.

(3) Près d'Osnabruck, dans un lieu nommé, au moyen âge, *Schlachtvörderberg*, et maintenant *die Ulus* (Hanovre).

(4) La guerre contre les Saxons commença en 772, et la guerre

Italicum hoc bellum sumpsit exordium, et cum sine intermissione gereretur, nihil tamen ex his quæ alicubi (1) erant gerenda dimissum, aut ulla in parte ab æque operoso certamine cessatum est; nam rex, omnium qui sua ætate gentibus dominabantur, et prudentia maximus et animi magnitudine præstantissimus, nihil in his quæ vel suscipienda erant vel exequenda, aut propter (2) laborem detractavit (3) aut propter periculum exhorruit, verum unumquodque secundum suam qualitatem et subire (4) et ferre doctus, nec in adversis cedere, nec in prosperis false blandienti fortunæ adsentiri (5) solebat.

IX. Cum enim assiduo ac pæne continuo cum Saxonibus bello certaretur, dispositis per congrua confinium loca præsidiis, Hispaniam quam maximo poterat belli apparatu adgreditur, saltuque Pyrinei (6) superato, omnibus quæ adierat oppidis atque castellis in deditionem acceptis, salvo et incolomi (7) exercitu revertitur; præter quod in ipso Pyrinei jugo Wasconicam (8) perfidiam parumper in redeundo contigit experiri. Nam cum agmine longo, ut loci et angustiarum situs permittebat, porrectus iret exercitus, Was-

(1) Codd. *aliubi*, *alibi*.

(2) Cod. Florent. *per*.

(3) Cod. Reg. Paris. 4628: *decretavit*.

(4) Cod. Florent. *subripere*; codd. Vindobon. 358 et 110: *surripere*.

(5) Plurimi codd. *assentire*, *adsentire*.

præcipuæ nobilitatis feminam, in matrimonium accepit, de qua tres filios, Karolum videlicet et Pipinum et Hludowicum (1), totidemque filias, Hruodrudem (2) et Bertham (3) et Gislam (4), genuit. Habuit et alias tres filias, Theoderadam (5) et Hiltrudem (6) et Hruodhaidem (7), duas de Fastrada (8) uxore, quæ de Orientalium Francorum, Germanorum videlicet, gente erat, tertiam de concubina quadam, cujus nomen modo memoriæ non occurrit. Defuncta Fastrada, Liudgardam (9) Alamannam duxit, de qua nihil liberorum tulit. Post cujus mortem quatuor habuit concubinas, Mathalgardim scilicet quæ peperit ei filiam nomine Rothildim (10), Gersuin-

(1) All. *Ludowicum*, *Ludoicum*, *Ludouicum*, *Luodewicum*, *Ludwicum*, *Ludobicum*.

(2) All. *Hruothrudem*, *Hruodthrudem*, *Hruotrudem*, *Hraodthrudem*, *Hroadtrudem*, *Hruodtrudem*, *Hruadrudem*, *Hruddrudem*, *Hrotrudem*, *Hrutrudam*, *Rotrudem*, *Ruodrudem*, *Ruotrudem*, *Routrudem*, *Rotdrudim*, *Gerdrudem*.

(3) All. *Berhtam*, *Berctham*, *Bertam*.

(4) All. *Gisilam*, *Gisalam*, *Giselam*.

(5) All. *Theoderanam*, *Theodeiadam*, *Theodoradam*, *Theodoram*, *Theodradam*, *Theothradam*, *Theotradam*, *Theodoram*, *Theodradam*.

(6) All. *Hiltrudem*, *Eltrudem*, *Hilrudem*, *Hilrudim*, *Hiberudem*.

(7) All. *Hruohaidem*, *Hruodhadem*, *Hruodhadam*, *Hruothadam*, *Hruodgadem*, *Hrothadem*, *Ruodhaidem*, *Ruothaidem*, *Ruodhardam*, *Ruodadam*, *Roladam*, *Ruathaidem*, *Routhaidem*, *Rothaidem*, *Rudhaidem*; in quinq. codd., *Ruadhaidem*.

(8) All. *Uastrada*.

(9) All. *Leodgardam*, *Leotgardam*, *Leotghardam*, *Leogardem*, *Letgardam*, *Leodegardam*, *Luodgardam*, *Liuthgardam*, *Liutgardam*, *Liutgurdam*, *Luitgardim*; in decem codd., *Liutgardam*.

(10) Ita habent D. Bouq., Nuenar. comes et codd. Reg. Paris., ex bibl. B. M. Paris., 153, et Lugdunens. Pertzius autem: *tres h.*

Suèves. Elle lui donna trois fils, Charles, Pépin et Louis, et autant de filles, Rotrude, Berthe et Gisèle (1). Il eut encore trois autres filles, Théodérade (2), Hiltrude et Ruodhaid, les deux premières de Fastrade, sa troisième femme, qui était de la nation des Francs-Orientaux, c'est-à-dire des Germains (3), l'autre d'une concubine dont le nom m'échappe pour le moment. Lorsqu'il eut perdu Fastrade, il épousa une Allemande nommée Liutgarde dont il n'eut pas d'enfants. Après la mort de celle-ci il eut quatre concubines (4), Maltegarde, qui lui donna une

(1) Charles, qui fut depuis roi d'Austrasie, naquit en 772; Rotrude, en 773; Berthe, en 775; Pépin, nommé d'abord Carloman, en 776; Louis, en 778; et Gisèle, en 781. Charlemagne eut encore d'Hildegarde trois autres enfants, dont Éginhard ne parle pas; ce sont: Lothaire, frère jumeau de Louis; Adhélaïs, née en 774; et une autre fille nommée, comme sa mère, Hildegarde.

(2) Théodérade se retira dans le prieuré de N.-D. d'Argenteuil près Paris, que lui donna Charlemagne. Voyez dans D. Doublet, *Hist. de l'abb. de St.-Denys*, liv. III, p. 736, le diplôme qu'elle obtint des empereurs Louis et Lothaire ses neveux, pour que ce prieuré fût, après sa mort, restitué à l'abbaye de St.-Denis.

(3) Fastrade était fille du comte Rodolphe. Charlemagne l'épousa à Worms en 782. Elle mourut à Francfort-sur-le-Mein en 794, et fut ensevelie à Mayence, dans le monastère de Saint-Alban. On a reproché à cette reine un caractère cruel qui suscita des troubles sérieux dans l'empire. (Voy. ci-après le chap. xx et les *Annal.* à l'année 785.) Le poète saxon, v. 134 et suiv., l'appelle :

. . . . Regina sed atrox,
Ac sævum gestans animi Fastrada tumorem.

Ce qui n'empêcha pas Théodulf, évêque d'Orléans, de composer à sa louange l'épithaphe rapportée par D. Bouquet, tom. V, p. 426.

(4) Charles n'eut pas toutes ces concubines en même temps, mais successivement et à différentes époques. Bien qu'Éginhard et les anciens historiens les appellent constamment des concubines, le P. Le Cointe (*ad ann.* 805, num. 49, et *alib.*) prétend qu'on doit les considérer comme épouses légitimes.

dam (1) Saxonici generis, de qua ei filia nomine (2) Adaltrud (3) nata est, et Reginam (4), quæ ei Drogonem (5) et Hugum (6) genuit, et Adallindem (7) ex qua Theodricum (8) procreavit. Mater quoque ejus Berthrada (9) in magno apud eum honore consenuit. Colebat enim eam cum summa (10) reverentia, ita ut nulla unquam invicem (11) sit exorta discordia, præter in divortio filiæ Desiderii regis, quam illa suadente acceperat. Decessit tandem post mortem Hildegardæ, cum jam tres nepotes suos totidemque neptes in filii domo vidisset; quam ille in eadem basilica qua pater situs est, apud Sanctum Dionysium, magno cum honore fecit humari. Erat ei unica soror, nomine Gisla (12), a puellaribus annis religiosæ conversationi mancipata, quam similiter ut matrem magna (13) coluit pietate; quæ etiam, paucis ante obitum illius annis, in eo quo conversata est monasterio decessit.

concupinas, et seqq. verba: *Mathalgardim*.... *Rothildim* omittit, quæ quidem in plerisque codd. desiderantur.

(1) All. *Gersuindam*, *Gesuiundam*.

(2) Ita D. Bouq. et novem codd. — Pertz: *nomen*.

(3) All. *Adatrud*, *Adaltrudis*, *Adalthrud*, *Adalhrud*, *Adaltrut*, *Adalrat*, *Adalthrat*, *Adaltrhud*, *Adalrud*, *Adalrhut*, *Adatrhud*, *Altrud*, *Adeldrudis*.

(4) All. *Rehinam*, *Reinam*, *Remam*, *Regiam*.

(5) All. *Drugonem*, *Drougonem*.

(6) *Hugonem*, in sept. codd.; al. *Ugonem*.

(7) All. *Adalindem*, *Adillindem*, *Adallindam*, *Adillindam*, *Adlindam*, *Atlindam*, *Adalintam*, *Aluidam*, *Adalindam*, *Adelluidam*.

(8) All. *Theodericum*, *Theodoricum*, *Theoderichum*.

(9) All. *Berhtrada*, *Berethrada*, *Bertrada*, *Bethrada*, *Perhtrat*.

(10) Codd. Christ. Reg. 692, et Vindobon. 16: *magna*.

(11) Nuenar. com. *inter eos*.

(12) All. *Gysla*, *Gisela*, *Gisila*.

(13) Cod. Vindobon. 110: *summa*.

filles nommées Rothilde (1), Gersuinde, d'origine saxonne, dont il eut Adaltrude, Régina qui fut la mère de Drogon (2) et de Hugues (3), et enfin Adallinde dont il eut Thiéri. Sa mère Bertrade vieillit auprès de lui comblée d'honneurs. Il lui témoignait la plus grande vénération, et jamais il ne s'éleva entre eux le moindre nuage, si ce n'est à l'occasion de son divorce avec la fille du roi Didier qu'il avait épousée par ses conseils. Elle mourut (4) après la reine Hildegarde, ayant déjà vu trois petits-fils et autant de petites-filles dans la maison de son fils. Charles la fit ensevelir en grande pompe dans la basilique de Saint-Denis où reposait déjà le corps de son père. Il avait une sœur unique, nommée Gisèle (5), qui s'était consacrée dès ses plus jeunes années à la vie monastique, et à laquelle il témoigna toujours comme à sa mère la plus tendre affection. Elle mourut peu d'années avant lui dans le monastère où elle avait passé toute sa vie.

(1) La plupart des manuscrits omettent les noms de Maltegarde et de sa fille Rothilde, et ne donnent à Charlemagne que trois concubines. (Voyez la note latine 10, p. 60.) Cette leçon a été adoptée par M. Pertz; mais nous avons préféré suivre le texte admis par D. Bouquet, sur l'autorité de quelques manuscrits, parce que Rothilde, étant devenue abbesse de Faremoutier (*monasterium de Fara*), obtint, en faveur de ce monastère, un diplôme rapporté par D. Mabillon (*Annal. Benedict.* tom. II, append. p. 745), dans lequel l'empereur Lothaire la nomme sa tante, *amitam suam*, ce qui semble confirmer qu'elle était fille de Charlemagne.

(2) Drogon, évêque de Metz en 825, mourut le 8 décembre 857.

(3) Hugues, abbé de St.-Quentin et de St.-Bertin, tué le 7 juin 844, dans le combat que livra Pépin, roi d'Aquitaine, à l'armée qui allait rejoindre Charles-le-Chauvé au siège de Toulouse. Voy. *Nov. Gall. Christ.*, tom. III, col. 489, et *Ann. Bertin. et Xantens.* ad ann. 844.

(4) Le 12 juillet 783.

(5) Elle fut abbesse de Chelles, et mourut en 810.

XIX. Liberos suos ita censuit instituendos, ut tam filii quam filiae (1) primo liberalibus studiis, quibus et ipse operam dabat, erudirentur. Tum filios, cum primum ætas patiebatur, more Francorum equitare, armis ac venatibus (2) exerceri fecit, filias (3) vero lanificio assuescere, colloque ac fuso, ne per otium torperent, operam impendere, atque ad omnem honestatem erudiri iussit. Ex his omnibus duos tantum filios et unam filiam, priusquam moreretur, amisit, Karolum, qui major natu erat, et Pippinum, quem regem Italiæ præfecerat, et Hruodrudem, quæ filiarum ejus primogenita, et a Constantino, Græcorum imperatore, desponsata erat. Quorum Pippinus unum (4) filium suum Bernhardum (5), filias autem quinque, Adalhaidem (6), Atulam (7), Guntradam (8), Berthaidem (9), ac Theoderadam (10), superstites reliquit. In quibus rex pietatis suæ præcipuum documentum ostendit, cum, filio defuncto, nepotem patri succedere, et neptes inter filias suas educari fecisset.

(1) Nuenar. comes: *tam filii quam nepotes*. «Mira corrigendi audacia!» (Pertz.)

(2) Nuenar. comes; et codd. Vindobon. 338, et Ziwetlens. *venationibus*.

(3) Cf. Suet. Aug. c. 64.

(4) Cod. Vindobon. 90, et sept. alii codd. *unicum*.

(5) All. *Berngardum, Berhnardum, Berinhardum, Berinardum, Beraardum, Bernhartum*.

(6) All. *Adaleidem, Adalheidem, Adalhaidam, Adalheidam, Adelheidam, Adelhedam, Adelheidem*.

(7) All. *Attulam, Alitilam, Atitilam, Atalam*.

(8) All. *Gundratam, Guntdradam, Gundradam*.

(9) All. *Bertaidem, Berthaidam, Bertaidam, Bertraidem, Bertraidam, Berthadidam, Bertham, Perthaidam*.

(10) All. *Theoderatam, Theodoratam, Theodoradam, Theodoraidam, Theodradam, Thedradam*.

XIX. D'après le plan d'éducation qu'il adopta pour ses enfants, les fils et les filles furent instruits dans les études libérales que lui-même cultivait. Puis aussitôt que l'âge des fils le permettait, il les faisait exercer selon la coutume des Francs à l'équitation, au maniement des armes et à la chasse. Quant aux filles, il voulut non-seulement les préserver de l'oisiveté en leur faisant apprendre à travailler la laine, à manier la quenouille et le fuseau (1), mais encore les former à tous les sentiments honnêtes. De tous ses enfants, il ne perdit, avant de mourir, que deux fils et une fille : Charles, qui était l'aîné, Pépin, auquel il avait donné le royaume d'Italie, et Rotrude, la première de ses filles, qu'il avait fiancée à Constantin, empereur des Grecs (2). Pépin en mourant laissa un fils nommé Bernhard et cinq filles, Adalhaïde, Atule, Gontrade, Berthrade et Théoderade. La conduite du roi à leur égard fut une preuve éclatante de sa bonté, car il voulut que le fils de Pépin succédât à son père (3) et que

(1) Ce système d'éducation, conforme aux mœurs simples de l'époque, n'était pas chose nouvelle; on sait que la mère de Charlemagne porte, dans la tradition, le nom de *Berthe-la-Fileuse*. Sur l'administration intérieure de la maison royale, et sur les soins domestiques auxquels la reine devait présider, voyez le capitulaire *De villis*, dans Baluze, tom. I, col. 531 et ss.

(2) Ces fiançailles eurent lieu en 781, pendant le séjour que fit Charlemagne à Rome pour le couronnement de ses deux fils, Pépin et Louis. Suivant Zonaras (liv. xv, ch. 10, tom. II, p. 115), ce fut l'impératrice Irène, qui, plus tard, en 788, rompit l'union projetée; suivant les *Annales des Francs*, ce fut Charlemagne. — Voyez encore : *Poetae Saxonis Annal.*, lib. II, v. 380, et ss. sous l'an 788, dans Bouq., V, 151, et *Gesta abbatum Fontanellens.* cap. 16, dans Pertz, II, 291. — Rotrude mourut le 8 des ides de janvier 810 (Ann. d'Eginhard), laissant de Rorigo, comte du Maine, un fils naturel, nommé Louis, qui devint abbé de St.-Denys.

(3) Bernhard ne succéda pas immédiatement à son père, mort en

Mortes filiorum ac filiæ, pro magnanimitate qua excellerebat, minus (1) patienter (2) tulit, pietate videlicet, qua non minus insignis (3) erat, compulsus ad lacrymas. Nuntiato etiam sibi Adriani Romani pontificis obitu, quem in amicis (4) præcipuum habebat, sic fleuit ac si fratrem aut carissimum filium amisisset (5). Erat enim in amicitiiis optime temperatus, ut eas et facile admitteret (6) et constantissime retineret, colebatque sanctissime quoscumque hac affinitate sibi conjunxerat. Filiorum ac filiarum tantam in educando curam habuit, ut nunquam domi positus sine ipsis cœnaret (7), nunquam iter sine illis ageret (8): adequitabant ei filii, filiæ vero pone (9) sequebantur, quarum agmen extremum ex satellitum numero ad hoc ordinati tuebantur. Quæ cum pulcherrimæ essent et ab eo plurimum diligebantur, mirum dictu, quod nullam earum cuiquam aut suorum aut exterorum nuptum dare voluit; sed omnes secum, usque ad obi-

(1) Ita habent D. Bouq. et pleriq. codd. — Pertz autem, cum codd. Vindobon. 667, Regin. Christin. 637, et codd. Reg. Paris. 3926 et 5999: *nimis*, quod reliquæ sententiæ minus consentaneum videtur.

(2) Cf. Suet. Aug. c. 65.

(3) Cod. Vindobon. 667: *qua non minor erat*.

(4) Codd. Monacensis, et Vindobon. 338 et 110: *in amicitiiis*. — Nuenar. comes: *quem amicum*.

(5) Sic apud D. Bouq. et plerosque codd. — Pertz et cod. Vindobon. 667: *fleuit ut filium aut si fratrem amisisset carissimum*. — Cod. Christin. Regin. 637: *fleuit ac si carissimum filium aut fratrem amisisset*.

(6) Cf. Suet. Aug. c. 66.

(7) Cf. ibid. c. 64.

(8) Nuenar. comes et sex codd. *faceret*.

(9) Ita habet D. Bouq.; Pertz: *pene*; Codd. Reg. Paris. 4955, Florentinus et Vatican. 3359: *penes*.

les filles fussent élevées avec ses propres filles. Il ne supporta pas la perte de ses fils et de sa fille avec toute la résignation qu'on aurait pu attendre de sa fermeté d'âme; la tendresse paternelle qui le distinguait également, lui arracha des larmes abondantes; et même lorsqu'on lui annonça la mort du pape Adrien, l'un des amis auxquels il était le plus attaché, il ne pleura pas moins que s'il eût perdu un fils ou un frère chéri (1). C'est qu'il était véritablement né pour les liaisons d'amitié; facile à les contracter, il les entretenait avec la plus grande constance, et cultivait, avec une espèce de religion, l'affection de ceux qu'il s'était unis par des liens de cette nature. Il veillait avec tant de sollicitude à l'éducation de ses fils et de ses filles, que, tant qu'il était dans l'intérieur de son royaume, jamais il ne prenait ses repas, jamais il ne voyageait sans eux : ses fils l'accompagnaient à cheval; quant à ses filles, elles venaient ensuite, et des satellites tirés de ses gardes étaient chargés de protéger les derniers rangs de leur cortège. Elles étaient fort belles et tendrement chéries de leur père. On est donc fort étonné qu'il n'ait jamais voulu en marier aucune, soit à quelqu'un des siens (2),

810. Il ne fut déclaré roi qu'en 812 suivant les annales de Lorsch, en 815 suivant celles d'Eginhard. On sait la fin tragique de ce prince, qui mourut en 817, après avoir eu les yeux crevés par ordre de son oncle Louis-le-Débonnaire.

(1) Voyez, au tom. V de D. Bouquet, p. 412, l'épithaphe de ce pape qui fut, suivant quelques-uns, composée par Charlemagne lui-même, par Alcuin suivant Duchesne (tom. II, p. 691), et que d'autres ont attribuée à Angilbert. Voyez encore la lettre écrite par Charlemagne au roi Offa, dans Bouq. tom. V, p. 627, celle qu'il adressa au pape Léon III, successeur d'Adrien (*ibid.* p. 625), et la chronique de Moissac à l'année 795 (*ibid.* p. 76).

(2) Cependant, en 787, il consentit au mariage de Berthe avec

tum suum, in domo sua retinuit, dicens, se earum contubernio carere non posse. Ac propter hoc, licet alias felix, adversæ fortunæ malignitatem expertus est; quod tamen ita dissimulavit, ac si de eis nulla unquam alicujus probri suspicio exorta, vel fama (1) dispersa fuisset.

XX. Erat ei filius nomine Pippinus (2), ex concubina editus, cujus inter cæteros facere mentionem distuli (3); facie quidem pulcher, sed gibbo (4) deformis. Is (5) cum pater, bello contra Hunos suscepto (6), in Bajoaria hiemaret (7), ægritudine simulata, cum quibusdam e primoribus Francorum, qui (8) eum vana regni promissione illexerant, adversus patrem conjuravit. Quem, post fraudem detectam et damnationem conjuratorum, detonsum in coenobio Prumia (9) religiosæ vitæ, jamque volentem, vacare permisit. Facta est et alia prius contra eum in Germania valida conjuratio, cujus auctores partim luminibus orbat, partim membris incolumes (10), omnes tamen exilio deportati sunt (11);

(1) *Fama* a Marquard. Frehero et a Nuenar. comite omittitur.

(2) Al. *Pipinus*.

(3) Nuenar. com. *mentionem nullam fecimus*.

(4) All. *gigbo, gyppo, gippo*.

(5) Cod. Florentinus: *his*.

(6) Cod. Vindobon. 667: *bellum.... suscepit*.

(7) Sic D. Bouquet, cum plurimis codd.; Pertz, cum nonnullis: *hyemaret*.

(8) Nuenar. comes: *qui sibi.... illuserant*.

(9) Cod. Vindobon. 16: *Priuma*.

(10) Codd. Vindobon. 654, 90 et 100: *incolomes*.

(11) Nuenar. comes: *in exilium acti sunt*.

soit à des étrangers. Jusqu'à sa mort, il les garda toutes auprès de lui dans son palais, disant qu'il ne pouvait se passer de leur société. Aussi, quoiqu'il fût heureux sous les autres rapports, éprouva-t-il, à l'occasion de ses filles, la malignité de la fortune (1). Mais il dissimula ses chagrins, comme s'il ne se fût jamais élevé contre elles aucun soupçon injurieux, et que le bruit ne s'en fût pas répandu.

XX. L'une de ses concubines (2) lui avait donné un fils, nommé Pépin, dont j'ai omis de faire mention en parlant de ses autres enfants : il était beau de visage, mais bossu. Du temps de la guerre contre les Huns, pendant que le roi passait l'hiver en Bavière, ce jeune homme simula une maladie, et avec quelques-uns des

Angilbert, l'un des officiers de son palais. — Sur Angilbert et ses relations avec Berthe, voyez les notes du chap. xxxiii, à la fin.

(1) Une grande licence régnait à la cour de Charlemagne, et les historiens contemporains ont été forcés de reconnaître que, sous ce rapport, il donnait lui-même un fort mauvais exemple (voyez entre autres *Visio Wetini*, dans Bouq. V, 399, et Paschasius Radbertus, *Vita sancti Adalhardi*, cap. 53, Bouq. VI, 277); mais rien ne prouve qu'il ait été, comme on l'en a accusé, jusqu'à entretenir avec ses propres filles un commerce incestueux.

(2) Les Annales des Francs, dans Bouquet, tom. V, p. 48, d., et p. 65, d., la chronique de Moissac (*ibid.* 73, c.), Paul Diacre, dans son livre des Évêques de Metz (*ibid.* 191, b.), et les Annales de Lorsch (*Lauriss. Ann. min.* dans Pertz, tom. I, p. 119), la nomment Himiltrude, *Himiltrudis*, *Himiltruda*. — Quelques critiques (Daniel, Gaillard, Büнау, Philipps, Luden, etc.) ont avancé qu'elle avait été l'épouse légitime de Charlemagne, et M. Pertz (tom. II, p. 454, note 40) semble admettre cette opinion. Cependant, rien, dans les anciens textes, ne prouve qu'il y ait identité entre Himiltrude et cette première épouse légitime, Franque de nation, dont parle la lettre d'Étienne III (*Epist. xlv, cod. Carol.*, dans Bouquet, tom. V, p. 542, c.), et que Charlemagne répudia en 770 pour épouser Désidérate.

neque ullus ex eis est interfectus, nisi tres tantum, qui, cum se, ne comprehenderentur, strictis gladiis defenderent, aliquos etiam occidissent, quia aliter coerceri non poterant, interempti sunt. Harum tamen conjurationum Fastradæ reginæ crudelitas causa et origo extitisse creditur, et idcirco in ambabus contra regem conspiratum est, quia uxoris crudelitati consentiens, a suæ naturæ benignitate ac solita mansuetudine immaniter exorbitasse videbatur. Cæterum per omne vitæ suæ tempus ita cum summo omnium amore atque favore et domi et foris conversatus est, ut nunquam ei vel minima injustæ crudelitatis nota a quoquam fuisset objecta (1).

XXI. Amabat peregrinos, et in eis suscipiendis (2) magnam habebat curam, adeo ut plerumque (3) eorum

(1) Hic adhuc Pertzianam divisionem retinuimus; sequentia *Cæterum.... objecta*, apud D. Bouq. et alios capiti XXI adjiciuntur.

(2) Nuenar. comes : *et eorum suscipiendorum*.

(3) *Plerumque* habent codd. Vindobon. 667 et Vatican. 5359; deest in reliquis et a D. Bouq. omittitur.

principaux d'entre les Francs qui l'avaient ébloui du vain espoir de le mettre sur le trône, il conspira contre son père. La conspiration fut découverte (1), les coupables punis; et Pépin, après avoir été rasé, demanda et obtint la permission d'embrasser la vie monastique dans le monastère de Prum. Déjà antérieurement une grande conjuration s'était formée contre Charles dans la Germanie. Parmi ceux qui l'avaient excitée, les uns eurent les yeux crevés, les autres s'en tirèrent sains et saufs, mais tous furent punis de l'exil. Au reste, pas un ne perdit la vie, à l'exception de trois des conjurés, qui, ne voulant pas se laisser prendre, se défendirent les armes à la main, tuèrent plusieurs soldats, et ne furent mis à mort que parce qu'il ne fut pas possible de les réduire autrement. On regarde la cruauté de la reine Fastrade comme la cause et l'origine de ces conjurations; et si dans l'une comme dans l'autre on s'attaqua directement au roi, c'est qu'en se prêtant aux cruautés de sa femme, il semblait s'être prodigieusement écarté de sa bonté et de sa douceur habituelles. Au reste, pendant toute sa vie, il sut si bien se concilier, au dedans comme au dehors, l'amour et la bienveillance de tous, qu'on n'a jamais pu lui reprocher de s'être montré, même dans la moindre circonstance, injustement rigoureux.

XXI. Il aimait les étrangers, et mettait tant de soin à les bien recevoir (2), que souvent leur nombre s'ac-

(1) Eginhard, dans ses Annales, et les Ann. de Fulde, placent cette conspiration en 785; les Ann. Nazariennes et la Chronique de Moissac en 786. Il est probable que, découverte en 785, elle ne fut totalement réprimée que l'année suivante.

(2) Voyez le chap. 73 (*de Suscept. hospitum*) du Capitulaire

multitudo non solum palatio, verum etiam regno non immerito videretur onerosa. Ipse tamen præ magnitudine animi hujusmodi pondere minime gravabatur, cum etiam ingentia incommoda laude liberalitatis ac bonæ famæ mercede compensaret.

XXII. Corpore (1) fuit amplo atque robusto, statura eminenti, quæ tamen justam non excederet — nam septem suorum pedum proceritatem ejus constat habuisse mensuram —, apice capitis rotundo, oculis prægrandibus ac vegetis, naso paululum mediocritatem excedenti, canitie pulchra (2), facie læta et hilari. Unde formæ auctoritas (3) ac dignitas tam stanti quam sedenti plurima adquirebatur (4), quamquam cervix obesa et brevior (5), venterque projectior (6) videretur: tamen hæc cæterorum membrorum celabat æqualitas (7). Incessu firmo, totaque corporis habitudine virili, voce clara quidem, sed quæ minus corporis formæ conveniret; valetudine prospera (8), præter quod, antequam decederet, per quatuor annos crebro febribus corripiebatur, ad extremum etiam

(1) Cf. Suet. Tiber. c. 68; Aug. c. 79; Calig. c. 50.

(2) Cf. Suet. Claud. c. 30.

(3) Cf. Suet. ibid.

(4) Nuenar. comes: *inerat*.

(5) Cf. Suet. Neron. c. 51.

(6) Cf. Suet. Tit. c. 3.

(7) Cf. Suet. Aug. c. 79.

(8) Cf. Suet. Claud. c. 51.

crut au point de paraître une charge, non-seulement pour le palais, mais même pour le royaume. Quant à lui, il avait l'âme trop grande pour se trouver incommodé d'un tel fardeau; et il se croyait assez dédommagé de tant d'inconvénients par les louanges qu'on donnait à sa libéralité et l'avantage d'une bonne renommée.

XXII. Il était gros et robuste de corps; sa taille⁽¹⁾ était élevée, quoiqu'elle n'excédât pas une juste proportion, car il est certain qu'elle n'avait pas plus de sept fois la longueur de ses pieds. Il avait le sommet de la tête arrondi, les yeux grands et vifs, le nez un peu long, de beaux cheveux blancs, et la physionomie riante et agréable. Aussi régnait-il dans toute sa personne, soit qu'il fût debout, soit qu'il fût assis, un air de grandeur et de dignité; et quoiqu'il eût le cou gros et court et le ventre proéminent, il était d'ailleurs si bien proportionné, que ces défauts ne s'apercevaient pas. Sa démarche était ferme, et tout son extérieur présentait quelque chose de mâle; mais sa voix claire ne convenait pas parfaitement à sa taille. Sa santé fut constamment bonne, excepté pendant les quatre années qui précédèrent sa mort. Il eut alors de fréquents accès de fièvre; il finit même par boiter d'un pied. Dans ce temps de souffrance, il se traitait plutôt à sa fantaisie que d'après les conseils des médecins qui lui étaient devenus presque odieux, parce

d'Aix-la-Chapelle en 789, et le chap. 27 (*de hospitalitate*) du 1^{er} Capit. de l'année 802, dans Bal. tom. I, col. 238 et 370.

(1) Voyez *Marquardi Freheri de statura Caroli Magni φιλοφύνημα*, dans Bouq. t. V, p. 779, et la dissertation de Schmiucke sur le même sujet, dans son édition d'Eginhard, p. 220-238.

uno pede claudicaret (1). Et tunc quidem plura suo arbitrato quam medicorum consilio faciebat, quos pene exosos habebat, quod ei in cibis assa, quibus assuetus erat, dimittere, et elixis assuescere suadebant. Exercebatur assidue equitando (2) ac venando, quod illi (3) gentilicium erat; quia vix ulla in terris natio invenitur (4), quæ in hac arte (5) Francis possit æquari. Delectabatur etiam vaporibus aquarum naturaliter calentium, frequenti natatu corpus exercens, cujus adeo peritus fuit, ut nullus ei juste valeat anteferri. Ob hoc etiam Aquisgrani regiam extruxit, ibique extremis vitæ annis usque ad obitum perpetim (6) habitavit. Et non solum filios ad balneum, verum optimates et amicos, aliquando etiam satellitum et custodum corporis (7) turbam, invitavit, ita ut nonnunquam centum vel eo amplius homines una laverentur (8).

XXIII. Vestitu (9) patrio, id est francisco (10); utebatur. Ad corpus camisia linea et feminalibus (11) lineis induebatur; deinde tunica quæ limbo serico am-

(1) All. *claudicarat, claudicabat, claudicavit*. — Cf. Suet. Aug. c. 80.

(2) Cf. Suet. Tit. c. 3.

(3) Cod. Vindobon. 667 : *ei*.

(4) Id. cod. *repperitur*.

(5) Nuenar. comes : *in hac re*.

(6) Id. *continuo*.

(7) Id. *corporis* omittit.

(8) Cf. Suet. Tit. c. 8.

(9) Cf. Suet. Aug. 82, et Calig. 52.

(10) All. *francio, francico*.

(11) Cod. Reg. Paris. 4957 : *femuralibus*.

qu'ils lui défendaient les rôtis auxquels il était habitué, pour l'astreindre à ne manger que des viandes bouillies. Il se livrait assidûment à l'équitation et au plaisir de la chasse. C'était chez lui un goût national, car à peine trouverait-on dans toute la terre un peuple qui pût rivaliser avec les Francs dans ces deux exercices. Les bains d'eaux naturellement chaudes lui plaisaient beaucoup. Passionné pour la natation, il y devint si habile, que personne ne pouvait lui être comparé. C'est pour cela qu'il fit bâtir un palais à Aix-la-Chapelle, et qu'il y demeura constamment pendant les dernières années de sa vie jusqu'à sa mort (1). Il invitait à prendre le bain avec lui, non-seulement ses fils, mais encore ses amis, les grands de sa cour et quelquefois même les soldats de sa garde, de sorte que souvent cent personnes et plus se baignaient à la fois.

XXIII. Son costume était celui de sa nation, c'est-à-dire le costume des Francs (2). Il portait sur la peau

(1) Il est probable que ce fut la raison politique qui détermina Charlemagne, plutôt que ces motifs de convenance, à faire d'Aix-la-Chapelle son séjour habituel et comme la capitale de ses États. Voyez à cet égard les justes observations d'Eichhorn dans son Histoire du droit public de l'Allemagne (*Deutsche Staats und Rechtsgeschichte*) tom. I, p. 675. Sur Aix-la-Chapelle, que les historiens contemporains nomment : *sedes regia*, *sedes regni*, *prima sedes Franciæ*, voyez ci-dess. et ci-apr. les chap. xvii et xxvi, et l'hymne rapporté par Mabillon (*de Re diplom.* p. 246) :

Urbs Aquensis, urbs regalis
Sedes regni principalis, etc.

(2) Comparez à cette description du costume de Charlemagne celle que donne le moine de St.-Gal, liv. 1, chap. 56. Voyez aussi la description du costume de Bernhard, roi d'Italie, par J. Puricelli

biebatur, et tibialii (1); tum fasciis crura, et pedes calceamentis (2) constringebat, et ex pellibus lutrinis et murinis (3) thorace confecto humeros (4) ac pectus hyeme muniebat; sago veneto amictus, et gladio semper accinctus, cujus capulus ac balteus aut aureus aut argenteus erat. Aliquoties et gemmato (5) ense utebatur, quod tamen non nisi in præcipuis festivitibus, vel si quando exterarum gentium legati venissent (6). Peregrina vero indumenta, quamvis pulcherrima, respuebat, nec unquam eis indui patiebatur, excepto quod Romæ semel, Adriano pontifice petente, et iterum Leone successore ejus supplicante, longa tunica et clamide amictus, calceis quoque Romano more (7) formatis induebatur. In festivitibus (8) veste auro texta et calceamentis gemmatis (9), et fibula aurea sagum adstringente (10), diademate quoque ex auro et gemmis ornatus incedebat; aliis autem diebus habitus ejus parum a communi et plebeio (11) abhorrebat.

(1) Ita habent D. Bouq. et quinque codd. — Pertz autem: *camisam lineam.... tunicam.... tibialia* quod rarius in prosaico sermone usurpatur.

(2) Sic D. Bouquet; non nulli codd. *calciamentis*; Pertz, *caltiamentis*.

(3) *Lutrinis et murinis* in decem codd. desiderantur; in non nullis legitur, *lutrinis vel murinis*.

(4) Codd. Vindobon. 654 et 90: *umeros*.

(5) Cod. Christ. Reg. 692 et duo alii: *geminato*.

(6) D. Bouq. *adessent*.

(7) Cod. Vindobon. 667: *opere*.

(8) Nuenar. comes: *solennitatibus*.

(9) Cod. Christin. Regin. 692: *geminatis*.

(10) Codd. Vindobon. 338 et Claustroeburg.: *astringebat*.

(11) Cod. Vindobon. 338 et tres alii: *ejus communi ac plebeio non a.*; Cod. Zwetlensis: *ejus plebeius a plebeio non a.*; Cod. Vindobon. 178: *ejus communis a plebeio non a.*

une chemise de lin et des haut-de-chausses de la même étoffe ; par dessus une tunique bordée d'une frange de soie ; aux jambes des bas serrés avec des bandelletes, aux pieds des brodequins. L'hiver, un justaucorps en peau de loutre ou de martre lui couvrait les épaules et la poitrine. Par-dessus tout cela il revêtait la saie des Venètes, et il était toujours ceint de son épée, dont la poignée et le baudrier étaient d'or ou d'argent. Quelquefois il en portait une enrichie de pierreries, mais ce n'était que dans les fêtes les plus solennelles, ou lorsqu'il avait à recevoir les députés de quelque nation étrangère. Il n'aimait point les costumes des autres peuples, quelque beaux qu'ils fussent, et jamais il ne voulut en porter, si ce n'est toutefois à Rome, lorsqu'à la demande du pape Adrien d'abord, puis à la prière du pape Léon, son successeur, il se laissa revêtir de la longue tunique, de la chlamyde et de la chaussure des Romains (1). Dans les grandes fêtes (2), ses habits étaient brodés d'or, et ses brodequins ornés de pierres précieuses ; une agrafe d'or retenait sa saie, et il marchait ceint d'un diadème étincelant d'or et de pierreries ; mais les autres jours son costume était simple et différait peu de celui des gens du peuple (3).

(*Monumenta Basilic. Ambrosian.*), rapportée par Ducange au mot *Fasciola*.

(1) Voyez dans Eckhart, *Comment. de reb. Franciæ orientalis*, lib. xv, cap. 140, vol. I, p. 628, la gravure et la description d'une ancienne miniature représentant Charlemagne en costume romain.

(2) C'était au jour de ces grandes fêtes, principalement à Noël et à Pâques, que se tenaient les assemblées générales des Francs, *curiæ solennes*, auxquelles l'empereur devait présider.

(3) Sur la simplicité ordinaire du costume de Charlemagne, voyez l'anecdote rapportée par le moine de St -Gal.

XXIV. In cibo (1) et potu temperans, sed in potu temperantior, quippe qui ebrietatem in qualicumque homine, nedum in se ac suis, plurimum abominabatur. Cibo enim non adeo abstinere poterat, ut sæpe quereretur, noxia corpori suo esse jejunia. Convivabatur (2) rarissime, et hoc præcipuis tantum festivitibus, tunc tamen cum magno hominum numero. Coena (3) quotidiana quaternis tantum ferculis præbebatur, præter assam, quam venatores veribus (4) inferre solebant, qua ille libentius quam ullo alio cibo vescebatur. Inter coenandum aut aliquod acroama (5) aut lectorem audiebat. Legebantur ei historiæ et antiquorum res (6) gestæ. Delectabatur et libris sancti Augustini, præcipueque his qui de civitate Dei prætitulati sunt (7). Vini (8) et omnis potus adeo parcus in bibendo erat, ut super coenam raro plus quam ter biberet. Æstate post (9) cibum meridianum pomorum aliquid sumens, ac semel bibens, depositis vestibus et calceamentis, velut noctu solitus erat, duabus aut tribus horis quiescebat. Noctibus (10) sic dormiebat, ut somnum quater aut quinque non solum exper-

(1) Cf. Suet. Aug. c. 76.

(2) Cf. *ibid.* c. 74.

(3) Cf. *ibid.*

(4) Ita habent D. Bouq., Nuenar. comes et quatuor codd. — Pertz : *veribus.*

(5) Cf. Suet. Aug. c. 74; Vespas. c. 19.

(6) Nuenar. comes, cum octo codd. *regum gesta.*

(7) Nuenar. comes : *quos de civitate Dei inscripsit.*

(8) Cf. Suet. Aug. c. 77.

(9) Cf. Suet. Aug. c. 78.

(10) Cf. *ibid.*

XXIV. Sa sobriété lui faisait éviter tous les excès de table, surtout ceux de la boisson, car il détestait l'ivrognerie (1) dans quelque homme que ce fût, et à plus forte raison dans lui-même et dans les siens. Mais il ne lui était pas tellement facile de s'abstenir de manger, qu'il ne se plaignît souvent de l'incommodité que lui causaient les jeûnes. Il était fort rare qu'il donnât de grands festins, excepté aux principales fêtes, et alors il y invitait de nombreux convives. Son repas ordinaire se composait de quatre mets, sans compter le rôti, qui lui était ordinairement apporté dans la broche par les chasseurs, et dont il mangeait avec plus de plaisir que de toute autre chose. Pendant qu'il était à table, il aimait à entendre un récit ou une lecture, et c'étaient les histoires et les hauts faits des temps passés qu'on lui lisait d'ordinaire. Il prenait aussi grand plaisir aux ouvrages de saint Augustin, et principalement à celui qui a pour titre : *De la Cité de Dieu*. Il était si modéré dans l'usage du vin et de toute espèce de boisson, qu'il buvait rarement plus de trois fois dans tout un repas. En été, après le repas du milieu du jour, il prenait quelques fruits, buvait un seul coup, et quittant ses vêtements et ses brodequins, comme il le faisait pour la nuit, il se reposait pendant deux ou trois heures. Quant au sommeil de la nuit, il l'interrompait quatre ou cinq fois,

(1) L'ivrognerie était un penchant national chez les peuples de race germanique (voyez Tacit., *German.* xxii, 4). Aussi les Capitulaires de Charlemagne renferment-ils de nombreuses dispositions pour la répression de ce vice grossier. Voyez dans Baluze, tom. I : *Capit.* III, a. 789, c. 10; *Capit. episcoporum*, c. 14; *Capit. dat. presbyteris*, c. 7; *Capit.* III, a. 803, c. 15 et 16; *Capit.* I, a. 810; et *Capit.* II, a. 812. Consult. le traité de Petersen intitulé : *Geschichte der Deutschen nationalneigung zum trunk* (Histoire du penchant national des Allemands pour la boisson), Leips. 1782, in-8°.

giscendo, sed etiam desurgendo (1) interrumperet. Cum (2) calcearetur et (3) amiciretur, non tantum amicos admittebat, verum etiam, si comes palatii litem aliquam esse diceret quæ sine ejus jussu definiri non posset, statim litigantes introducere jubebat, et velut pro tribunali sederet, lite cognita sententiam dicebat (4); nec hoc tantum eo tempore, sed etiam, ea die quicquid cujuslibet officii agendum aut cuiquam ministrorum injungendum erat, expediebat.

XXV. Erat (5) eloquentia copiosus et exuberans, poteratque, quicquid vellet, apertissime exprimere. Nec patrio tantum sermone contentus, etiam peregrinis linguis ediscendis operam impendit; in quibus latinam ita didicit, ut æque illa ac patria lingua orare (6) sit solitus; græcam vero melius intelligere quam pronuntiare poterat (7). Adeo quidem facundus erat, ut etiam didascalus (8) appareret. Artes (9) liberales studiosissime coluit, earumque doctores plurimum veneratus, magnis afficiebat honoribus. In dis-

(1) Pertz, cum cod. Vindobon. 667 : *deresurgendo*. — Plerique codd. *desurgendo*. — Non nulli : *resurgendo*, *exurgendo*, *assurgendo*, *surgendo*. — D. Bouq. *surgendo*.

(2) Cf. Suet. Vespas. c. 21.

(3) Sic D. Bouq. et plerique codd. — Pertz : *aut*.

(4) Sic D. Bouq. — Pertz : *jussit.... dixit*.

(5) Cf. Suet. Aug. c. 84.

(6) Cf. Suet. Tit. c. 3.

(7) Cf. Suet. Aug. c. 89.

(8) Codd. *didascalus*, *didaculus*, *dicaculus*.

(9) Cf. Suet. Tiber. c. 70.

non-seulement en se réveillant, mais en quittant son lit. Pendant qu'il se chaussait et s'habillait, il admettait ses amis, et si le comte du Palais l'avertissait qu'un procès ne pouvait être terminé que par sa décision (1), il faisait introduire sur-le-champ les parties intéressées, prenait connaissance de la cause et rendait son jugement comme s'il eût siégé sur son tribunal. Ce n'était pas seulement ces sortes d'affaires qu'il expédiait à ce moment, mais encore tout ce qu'il y avait à traiter ce jour-là, et les ordres qu'il fallait donner à chacun de ses ministres.

XXV. Doué d'une éloquence abondante et inépuisable, il exprimait avec clarté tout ce qu'il voulait dire. Peu content de savoir sa langue maternelle, il s'appliqua aussi à l'étude des autres idiomes, et particulièrement du latin qu'il apprit assez bien pour le parler comme sa propre langue : quant au grec, il le comprenait mieux qu'il ne le prononçait. En somme il possédait si bien l'art de la parole qu'il paraissait même capable de le professer. Passionné pour les arts libéraux, il eut toujours en grande vénération et combla de toutes sortes d'honneurs ceux qui les enseignaient. Le diacre Pierre de Pise (2), qui était alors dans sa vieillesse, lui donna des leçons de grammaire. Il eut pour maître dans les autres sciences un autre diacre, Albin, surnommé Alcuin, né en Bretagne et

(1) C'étaient les contestations de haute importance, *potentiores causæ*, celles qui s'agitaient entre les évêques, les abbés, les comtes et les autres grands de l'empire. Voyez, dans Baluze, tom. I, le chapitre 2 du troisième Capitul. de l'année 812.

(2) Sur Pierre de Pise et sur Alcuin, voyez les additions à la fin du volume.

cenda grammatica Petrum Pisanum (1), diaconum, senem audivit, in cæteris disciplinis Albinum, cognomento Alcoinum (2), item diaconum, de Britania, Saxonici generis hominem, virum undecumque doctissimum, præceptorem habuit; apud quem et rhetoricæ et dialecticæ, præcipue tamen astronomiæ ediscendæ, plurimum et temporis et laboris impertivit. Discebat artem computandi, et intentione sagaci syderum cursus (3) curiosissime rimabatur. Temptabat et scribere, tabulasque et codicillos (4) ad hoc in lecto sub cervicalibus circumferre solebat, ut, cum vacuum tempus esset, manum litteris effingendis (5) assuesceret; sed parum successit labor præposterus ac sero inchoatus.

XXVI. Religionem (6) christianam, qua ab infanzia fuerat imbutus, sanctissime (7) et cum summa pietate coluit, ac propter hoc plurimæ pulchritudinis basilicam Aquisgrani extruxit, auroque et argento et luminaribus atque ex ære solido cancellis et januis adornavit. Ad cuius structuram, cum columnas et marmora aliunde habere non posset, Roma atque Ravenna devehenda curavit. Ecclesiam et mane et vespere, item

(1) Cod. Guelferbyt. 152 : *Petrum Pisanum*.

(2) All. *Alcuinum*, *Alcuinum*.

(3) Octo codd. *cursum*.

(4) Ita habet Nuenar. comes, cum non nullis codd.; Pertz. autem et D. Bouq. *codicillos*.

(5) Ita legit Pertzius, cum codd. Bodleiano, Hannover., Gothan. Monac., Lugdun. et Vindobon. 178 et 110. Non nulli codd. habent *effigiendis*; plurimi *effigiandis*; sic et D. Bouq. cum aunal. Metensibus.

(6) Cf. Suet. Aug. c. 90, 93.

(7) Cod. Vindobon. 667 : *sanctissima et summa*.

d'origine saxonne, l'homme le plus savant de son époque. Le roi consacra beaucoup de temps et de travail à étudier avec lui la rhétorique, la dialectique et surtout l'astronomie. Il apprit le calcul, et mit tous ses soins à étudier le cours des astres avec autant d'attention que de sagacité. Il essaya aussi d'écrire (1), et il avait toujours sous le chevet de son lit des feuilles et des tablettes pour accoutumer sa main à tracer des caractères lorsqu'il en avait le temps. Mais il réussit peu dans ce travail, qui n'était plus de son âge et qu'il avait commencé trop tard.

XXVI. Il pratiqua dans toute sa pureté et avec la plus grande ferveur la religion chrétienne, dont les principes lui avaient été inculqués dès l'enfance. C'est pourquoi il fit construire à Aix-la-Chapelle une magnifique basilique qu'il orna d'or et d'argent, de candélabres, de grilles et de portes d'airain massif, et pour laquelle il fit venir de Rome et de Ravenne les marbres et les colonnes qu'on ne pouvait se procurer ailleurs (2). Il fréquentait assidû-

(1) Ce passage d'Eginhard a donné lieu à de nombreux commentaires. (Voyez entre autres : Gaillard, *Hist. de Charlemagne*, t. III, p. 248-261; Heumann, *Meditatio critica super loco exagitatissimo Eginhardi*; Gentilotti, *Digressio de tentaminibus scribendi Carolinis*, etc.). Il semble résulter des termes mêmes du texte que Charlemagne savait écrire; mais il est probable qu'il ne put parvenir à acquérir cette fermeté, cette élégance d'écriture en usage de son temps, dont nous possédons encore aujourd'hui de nombreux modèles.

(2) Voyez la lettre que lui écrivit à ce sujet le pape Adrien (*Epist. lxxvii, cod. Carol.*, dans Bouq. V, 581). On ignore la date précise de cette lettre, mais elle est postérieure à l'année 781.

nocturnis horis et sacrificii tempore, quoad eum valetudo permiserat, impigre frequentabat, curabatque magnopere, ut omnia quæ in ea gerebantur, cum quam maxima fierent honestate; ædituos creberrime commonens, ne quid indecens aut sordidum aut inferri aut in ea remanere permetterent. Sacrorum vasorum ex auro et argento, vestimentorumque sacerdotalium tantam in ea copiam procuravit, ut in sacrificiis celebrandis ne janitoribus quidem, qui ultimi ecclesiastici ordinis sunt, privato habitu ministrare necesse fuisset. Legendi atque psallendi disciplinam diligentissime emendavit. Erat enim utriusque admodum eruditus, quamquam ipse nec publice legeret, nec nisi submissim et in commune cantaret (1).

XXVII. Circa pauperes sustentandos et gratuitam liberalitatem, quam Græci eleemosynam (2) vocant, devotissimus, ut qui non in patria solum et in regno suo id facere curaverit, verum (3) trans maria in Syriam (4) et Ægyptum atque Africam, Hierosolimis (5),

(1) Cod. olim Venet. a J. Morellio in bibliotheca sua ms. descriptus hic addit: *Octingentas et octuaginta sex ecclesias suis propriis sumptibus cum suppellectilibus et aliis ornamentis ad laudem Dei beatæque Virginis dedicavit, tria millia et septingentas in toto orbe restauravit.* Quod quidem, iudice Pertzio, non tantum habet auctoritatis ut in textu admittatur.

(2) i. e. Ἐλεημοσύνη.

(3) Codd. Vindobon. 338 et Zwetlens. *verum etiam.*

(4) Al. *Siriam.* — All. *Ægiptum, Egyptum.*

(5) All. *Jherosolimis, Hierosolymis, Jerosolimis, Hyerosolimis;* Nüenar. comes: *Jerosolymas;* D. Bouq. *Jerosolymis.*

ment cette église le soir, le matin, et même pendant la nuit, pour assister aux offices et au saint sacrifice, tant que sa santé le lui permettait. Il veillait avec sollicitude à ce que rien ne se fit qu'avec la plus grande décence, recommandant sans cesse aux gardiens de ne pas souffrir qu'on y portât ou qu'on y laissât rien de malpropre ou d'indigne de la sainteté du lieu. Il la gratifia d'un grand nombre de vases d'or et d'argent, et d'une telle quantité de vêtements sacerdotaux, que, pour la célébration du service divin, les portiers eux-mêmes, qui sont les derniers dans l'ordre ecclésiastique, n'avaient pas besoin de se vêtir de leurs habits particuliers pour exercer leur ministère. Il introduisit de grandes améliorations dans les lectures et la psalmodie (1), car lui-même y était fort habile, quoique jamais il ne lût en public et qu'il chantât seulement à voix basse et avec le reste des assistants.

XXVII. Toujours prêt à secourir les pauvres, ce n'était pas seulement dans son pays et dans son royaume qu'il répandait ces libéralités gratuites que les Grecs appellent aumônes : mais au delà des mers, en Syrie, en Égypte, en Afrique, à Jérusalem (2), à Alexandrie, à Carthage,

(1) Voyez, dans Baluze, tom. I, col. 239 et 421, le chap. 78 du Capitul. de l'année 789, et le chap. 2 du 1^{er} Capitul. de l'année 805. Voyez aussi les capitulaires relatifs aux écoles palatines, et consultez le moine de St.-Gal (liv. 1, passim), et la vie de Charlemagne, par le moine d'Angoulême, à l'année 787 (D. Bouq. tom. V, p. 185).

(2) Sur les relations que Charlemagne entretint avec Jérusalem, voyez la Chron. de Reginon, les Annal. d'Éginhard à l'ann. 789, et, dans les OEuvres d'Alcuin, la lettre adressée par celui-ci au patriarche Georges (*Epist. CLXXXIII, Opp. tom. I, p. 245*). Voyez aussi, dans Baluze, t. I, col. 474, le chap. 17 du 1^{er} Capitul. de l'année 810; *de elemosyna mittenda ad Hierusalem propter ecclesias Dei restaurandas.*

Alexandriæ atque Carthagini (1), ubi christianos in paupertate vivere compererat, penuriæ illorum compatiens, pecuniam mittere solebat; ob hoc maxime transmarinorum regum amicitias expetens, ut christianis sub eorum dominatu degentibus refrigerium aliquod ac relevatio proveniret (2). Colebat præ cæteris sacris et venerabilibus locis apud Romam ecclesiam beati Petri apostoli (3), in cujus donaria magna vis pecuniæ, tam in auro quam in argento, nec non et gemmis, ab illo congesta est. Multa et innumera pontificibus munera missa, neque ille toto regni sui tempore quicquam duxit antiquius (4), quam ut urbs Roma sua opera suoque labore vetere polleret auctoritate, et ecclesia sancti Petri per illum non solum tuta ac defensa, sed etiam suis opibus præ omnibus ecclesiis (5) esset ornata atque ditata. Quam cum tantipenderet, tamen intra XLVII annorum, quibus regnaverat, spatium quater tantum illo votorum solvendum ac supplicandi causa profectus est (6).

XXVIII. Ultimi adventus sui non solum hæ fuere causæ, verum etiam quod Romani Leonem pontificem, multis affectum injuriis, erutis scilicet oculis

(1) All. *Chartani, Chartagini, Cartagini, Carthagini*; Nuenar. com. *Carthaginem*.

(2) Cod. Venet. jam laudatus hic addit: *Redimebat omnes captivos et detentos in manibus barbarorum et suis pecuniis eos liberabat*. De quo additamento idem ac supra dijudicandum est.

(3) Cod. Vindobon. 16 et duo alii: *Petri et Pauli*; vel *Petri apostoli et Pauli*.

(4) Cf. Suet. Vespas. c. 8.

(5) Cod. Vindobon. 667: *præ omnibus aliis*.

(6) Cf. Suet. Tiber. c. 72.

partout où il savait que des chrétiens vivaient dans la pauvreté, il compatissait à leur misère et il aimait à leur envoyer de l'argent. S'il recherchait avec tant de soin l'amitié des rois d'outre-mer, c'était surtout pour procurer aux chrétiens vivant sous leur domination des secours et du soulagement. Entre tous les lieux saints, il avait surtout en grande vénération l'église de l'apôtre Saint-Pierre à Rome. Il dépensa des sommes considérables pour des objets d'or et d'argent, et des pierres précieuses dont il la gratifia. Les papes reçurent aussi de lui de riches et innombrables présents, et pendant tout son règne il n'eut rien de plus à cœur que de rendre à la ville de Rome son antique prépondérance. Il voulut que l'église de Saint-Pierre fût non-seulement défendue et protégée par lui, mais qu'au moyen de ses dons, elle surpassât en ornements et en richesses toutes les autres églises (1); et cependant, malgré cette prédilection, pendant les quarante-sept années que dura son règne, il ne put s'y rendre que quatre fois (2) pour y faire ses prières et accomplir des vœux.

XXVIII. Son dernier voyage ne fut pas seulement décidé par ces motifs de piété : le pape Léon, accablé d'outrages par les Romains, qui lui avaient arraché les yeux et coupé la langue, se vit forcé d'implorer sa protection. Étant donc venu à Rome pour rétablir dans l'Église l'ordre si profondément troublé, il y passa tout l'hiver. Ce fut alors qu'il reçut le titre d'empereur et d'auguste. Il témoigna d'abord une grande aversion pour cette dignité ;

(1) Voyez Anastas., *de Vita roman. Pontif.* (dans Muratori, tom. III, part. 1, p. 199).

(2) En 774, 781, 787 et 800.

linguaque amputata, fidem regis implorare compulerunt. Idcirco Romam veniens, propter reparandum, qui nimis conturbatus erat, ecclesiæ statum, ibi totum hiemis tempus extraxit. Quo tempore imperatoris et augusti nomen accepit, quod primo in tantum aversatus est, ut affirmaret, se eo die, quamvis præcipua festivitas esset, ecclesiam non intraturum, si pontificis consilium præscire potuisset. Invidiam tamen suscepti nominis, romanis (1) imperatoribus super hoc indignantibus, magna tulit patientia, vicitque eorum contumaciam magnanimitate, qua eis procul dubio longe præstantior erat, mittendo ad eos crebras legationes, et in epistolis fratres eos appellando.

XXIX. Post susceptum imperiale nomen, cum adverteret multa legibus populi sui deesse — nam Franci duas habent leges, in plurimis locis valde (2) diversas — cogitavit quæ deerant addere et discrepantia unire, prava quoque ac perperam prolata corrigere; sed de his nihil aliud ab eo factum est, nisi quod pauca capitula, et ea imperfecta, legibus addidit. Omnium tamen nationum quæ sub ejus dominatu (3) erant, jura quæ scripta non erant, describere ac litteris mandari fecit. Item barbara (4) et antiquissima carmina, quibus veterum regum actus et bella canebantur, scripsit memoriæque mandavit. Inchoavit et grammaticam patrii sermonis. Mensibus etiam juxta propriam linguam vocabula imposuit, cum ante id temporis apud Francos

(1) Nuenar. comes : *Constantinopolitanis*.

(2) *Valde* abest in codd. Vindobon. 90 et Florentin.

(3) Nuenar. comes : *ditione*.

(4) i. e. *Germanica*. (Pertz.)

Hoc anno Karolus major domus diem obiit, tres filios heredes relinquens, Karlomannum scilicet et Pippinum atque Grifonem, quorum Grifo, qui cæteris minor natu erat, matrem habuit nomine Swanhildem (1) neptem Odilonis ducis Bajoariorum. Hæc illum maligno consilio (2) ad spem totius regni concitavit, in tantum, ut sine dilatione Laudunum civitatem occuparet, ac bellum fratribus indiceret. Qui celeriter exercitu collecto Laudunum obsidentes, fratrem in ditionem accipiunt, atque inde ad regnum ordinandum ac provincias, quæ post mortem patris a Francorum societate desciverant, recuperandas animos intendunt (3). Et ut in externa profecturi domi omnia tuta dimitterent, Karlomannus Grifonem sumens, in Novo-Castello, quod juxta Arduennam situm est, custodiri fecit, in qua custodia usque ad tempus quo idem Karlomannus Romam profectus est, dicitur permansisse.

(1) All. *Suaniehild*, *Swanhildem*.

(2) *Maligno consilio* deest ap. Freher, D. Bouq. et alios edit.

(3) Ita legit Pertzius. — Freherus autem, D. Bouq. et alii hic habent : *in ditionem accipiunt atque ad ea, quæ. recipienda animos intendunt.*

ANNALES DES FRANCS.

PÉPIN ET CARLOMAN.

741.

EN cette année mourut (1) Charles, maire du palais, laissant pour héritiers trois fils, Carloman, Pépin et Grifon : Grifon, le plus jeune, avait pour mère Suanildis, petite-fille d'Odillon, duc des Bavares (2). Elle fit naître en lui, par ses méchants conseils, l'espérance de se rendre maître de tout le royaume, au point qu'il s'empara sur-le-champ de la cité de Laon, et déclara la guerre à ses frères. Ceux-ci rassemblent promptement une armée, assiègent Laon, acceptent la capitulation de Grifon, et songent ensuite à organiser le royaume et les provinces, et à recouvrer tout ce qui, après la mort de leur père, s'était séparé de la confédération des Francs. Au moment d'entreprendre une expédition lointaine, ils voulurent assurer la paix intérieure de leurs états. Carloman s'assura donc de Grifon en le faisant enfermer à Neufchâteau (3), près de la forêt des Ardennes : et il paraît qu'il le retint dans cette prison jusqu'au moment où lui-même partit pour Rome.

(1) Le 22 octobre, à l'âge de cinquante-deux ans.

(2) Carloman et Pépin étaient fils de Rotrude, morte en 724.

(3) Neufchâteau, aujourd'hui petite ville du duché de Luxembourg (Belgique), à 12 lieues E. de Mézières.

DCCXLII.

Karломannus et Pippinus Francorum regno potiti, primo Aquitaniam recipere volentes, contra Hunoldum (1) illius provinciæ ducem, cum exercitu eandem Aquitaniam ingrediuntur, et capto quodam castello quod Luccas vocatur (2), priusquam ex ea provincia secederent, regnum quod communiter administrabant in loco, qui Vetus Pictavium dicitur, inter se diviserunt (3): eodemque anno postquam domum regressi sunt, Karломannus Alamanniam, quæ et ipsa a Francorum societate defecerat, cum exercitu ingressus, ferro et igne vastavit.

DCCXLIII.

Karломannus et Pippinus junctis copiis contra Odilonem ducem Bajoariorum profecti sunt, prælioque commisso exercitum ejus fuderunt; et postquam inde reversi sunt, Karломannus solus in Saxoniam profectus est, et castrum quod dicitur Hôhseoburg (4) et in eo Theodericum Saxonem, illius loci primarium, in deditionem accepit.

(1) De variis hoc nomen scribendi modis videsis annotationes nostras ad vitam Karoli Magni; ad quas scilicet remittimus pro quolibet nomine in dicta vita jam enunciato. Hoc semel dixisse satis sit.

(2) Ita habet Pertzius. — D. Bouq. et all. *cui nomen est L.* — Cod. Vindobon. 990: *quod L. dicitur.*

(3) Sic Freher. D. Bouq. et all. — Pertz: *q. c. habuerunt, dividerunt inter se in loco qui vocatur Vetus Pictavis.*

(4) Sic Pertz, cum codd. Vindobon. 654, Reg. Paris. 5924 et Trevir. — All. *Hohseburg, Herochseburg, Hohseobur, Hocseburg*; D. Bouq. *Hochsigburg.*

742.

Carloman et Pépin, maîtres du royaume des Francs, voulant d'abord recouvrer l'Aquitaine sur Hunold duc de cette province, l'envahissent avec une armée, s'emparent d'un château nommé Loches (1), et, avant de se retirer, partagent, au lieu dit le Vieux Poitiers, le royaume qu'ils administraient en commun (2). La même année, après être revenu dans ses états, Carloman entre dans le pays des Allemands avec une armée, et ravage par le fer et le feu cette contrée qui avait également déserté la confédération franque.

743.

Carloman et Pépin réunissent leurs troupes pour marcher contre Odillon, duc des Bavares : ils lui livrent combat et dispersent son armée. Ils reviennent ensemble de cette expédition, puis Carloman repart seul pour la Saxe, s'empare du château nommé Hoch-Seeburg (3) et reçoit la soumission du Saxon Théoderic qui commandait cette forteresse.

(1) Loches, dans la Touraine, à 8 lieues S. S. E. de Tours (Indre-et-Loire).

(2) Il s'agit ici, suivant Eckhart et D. Bouq., du partage des provinces laissées par Charles Martel à Grifon, et dont ses deux frères l'avaient dépouillé. — Le vieux Poitiers, *Limonum*, *Lemunum*, dans la table de Peutinger, était situé à 5 lieues N. N. E. de Poitiers, à peu de distance du Clain, vers l'embouchure de cette rivière dans la Vienne.

(3) Hoch-Seeburg (*haut château du Lac*), près de deux grands lacs, sur les confins de la Saxe et de la Thuringe, à 6 lieues S. E. de Mansfeld, et 5 lieues N. O. de Merseburg. Aujourd'hui Seeburg, dans le comté de Mansfeld (Prusse).

DCCXLIV.

Idem fratres, Karlomannus et Pippinus, juncta manu Saxoniam ingressi sunt, prædictumque Theodericum iterum in deditionem acceperunt.

DCCXLV.

DCCXLVI (1).

Hoc anno Karlomannus, quod diu ante præmeditatus est (2), patefecit fratri suo Pippino, secularem conversationem se velle dimittere et habitu monachico Deo servire. Propter hoc dimissa expeditione (3) anni præsentis, ad vota Karlomanni perficienda et iter illius disponendum (nam Romam proficisci statuerat) et Pippinus vacabat, dans operam, ut frater honorifice ac decenter illo, quo desiderabat, perveniret.

DCCXLVII.

Karlomannus Romam profectus, dimissa seculari gloria habitum mutavit, et in monte Soracti monasterium in honorem sancti Silvestri ædificavit, ubi quondam tempore persecutionis, quæ sub Constantino imperatore facta est, sanctus Silvester latuisse fertur. Ibi que aliquandiu commoratus, meliori con-

(1) DCCXLV legitur apud codd. et edit. et sic perperam DCCXLVI pro DCCXLVII; DCCXLVII pro DCCXLVIII, etc., usque ad ann. DCCLI. Quod restituendum nobis visum est.

(2) D. Bouq. *id quod dudum secum præmeditatus est.*

(3) D. Bouq. *dimisit expeditionem.*

744.

De nouveau, le deux frères, Carloman et Pépin, se réunissent pour envahir la Saxe; ils reçoivent une seconde fois la soumission de Théoderic.

745.**746.**

En cette année Carloman (1) découvrit à son frère Pépin le projet qu'il avait formé depuis longtemps d'abandonner la vie mondaine pour servir Dieu sous l'habit monastique. En conséquence, Pépin renonce à l'expédition de cette année pour accomplir les vœux de Carloman et préparer son voyage. En effet, celui-ci avait résolu de partir pour Rome, et Pépin prit ses mesures pour que son frère pût honorablement et d'une manière digne de son rang se rendre où il désirait aller.

747.

Carloman, arrivé à Rome, abandonna la gloire mondaine pour changer d'habit, et bâtit sur le mont Soracte un monastère en l'honneur de saint Silvestre, dans le lieu, où, suivant la tradition, s'était autrefois caché saint Silvestre au temps de la persécution faite sous Constantin. Il y demeura quelque temps; mais prenant ensuite un meilleur parti, il abandonna cette résidence

(1) Cette année porte dans les manuscrits la rubrique de 745, et l'erreur d'un an se continue jusqu'à l'année 751. Elle provient sans doute de ce qu'Éginhard a omis les faits appartenant à l'année 745. Nous avons cru devoir rétablir l'ordre chronologique.

silio hoc loco dimisso, ad monasterium sancti Benedicti in Samnio provincia juxta Cassinum castrum (1) constitutum Deo serviturus venit, ibique monachicum habitum suscepit.

PIPPINUS.

DCCXLVIII.

Frater Karlomanni et Pippini, nomine Grifo, Pippino fratri suo subjectus esse nolens, quamquam sub illo honorifice viveret, collecta manu in Saxoniam profugit, collectoque Saxonum exercitu super fluvium Ovaca (2) in loco qui dicitur Orheim (3) consedit: et Pippinus cum exercitu Francorum per Thuringiam profectus, contra fratris dolos Saxoniam ingressus est, conseditque super fluvium Missaha (4) in loco qui vocatur Skahningi (5). Prælium tamen non est inter eos commissum, sed ex placito discesserunt.

DCCXLIX.

Grifo Saxonum fidei diffidens, Bajoariam petit, et copiis, quæ de Francia ad eum confluebant, ipsum ducatum in suam redegit potestatem, Tassilonem et Hiltrudem (6) in deditionem accepit, Swithgerum (7)

(1) D. Bouq. *Cassinam arcem.*

(2) D. Bouq. *super fluvio Obacro.*

(3) D. Bouq. *Horheim.*

(4) D. Bouq. *Missaham.*

(5) All. *Scahningi, Skacningi*; D. Bouq. *Schaninge.*

(6) Al. *Hilthrudem.* D. Bouq. *Hilthrudim.*

(7) All. *Suidgerum, Swikerum.*

pour venir se consacrer au service de Dieu dans le monastère de saint Benoît (1), situé dans la province du Samnium, près du mont Cassin, et là il prit l'habit monastique.

PÉPIN.

748.

Le frère de Carloman et de Pépin, Grifon, ne voulant point rester le sujet de son frère Pépin, quoiqu'il pût vivre sous lui honorablement, réunit quelques troupes et s'enfuit en Saxe. Là, il rassembla une armée de Saxons et vint camper sur le fleuve Ocker, au lieu nommé Orheim (2). Pépin, à la tête des Francs, prit son chemin par la Thuringe, entra en Saxe pour s'opposer aux mauvais desseins de son frère, et s'arrêta sur le fleuve Missaha, au lieu appelé Skahningen (3). Cependant il n'y eut point de combat livré, et ils s'éloignèrent volontairement.

749.

Grifon, se défiant du dévouement des Saxons, gagna la Bavière, et à l'aide des troupes nombreuses qui lui arrivaient du pays des Francs, se rendit maître de ce duché, reçut la soumission de Tassilon et d'Hiltrude, et se réunit

(1) On voit encore de nos jours dans l'église de ce monastère une chapelle dédiée à saint Carloman et remarquable par les fresques et les mosaïques dont elle est ornée.

(2) Aujourd'hui Orem, sur l'Ocker, au-dessus de Wolfenbittel, dans le Hanovre, sur la limite du duché de Brunswick.

(3) Schoeningen, sur la petite rivière de Meissau, dans le duché de Brunswick.

ad auxilium sibi (1) venientem suscepit. Hæc cum ad Pippinum perlata fuissent, cum maximo exercitu Bajoriam profectus est, fratremque suum Grifonem cum omnibus qui cum ipso vel ad ipsum venerant cepit (2), Tassilonem in ducatum restituit, domumque reversus, Grifonem more ducum duodecim comitatibus (3) donavit. Sed ille tali beneficio contentus non erat, nam eodem anno ad Waifarium, ducem Aquitaniæ, profugit.

DCCL.

Burchardus Wirziburgensis (4) episcopus, et Folradus presbyter capellanus missi sunt Romam ad Zachariam papam, ut consulerent pontificem de causa regum, qui illo tempore fuerunt in Francia, qui nomen tantum regis, sed nullam potestatem regiam habuerunt; per quos prædictus pontifex mandavit, melius esse illum vocari regem, apud quem summa potestatis consisteret; dataque auctoritate sua, jussit Pippinum regem constitui.

DCCLI.

Hoc anno secundum romani pontificis sanctionem Pippinus rex Francorum appellatus est, et ad hujus dignitatem honoris unctus sacra unctione manu sanctæ memoriæ Bonifatii archiepiscopi et martyris, et

(1) D. Bouq. *sibi in auxilium*.

(2) Pertz: *cæpit*.

(3) Codd. Hanoveran. et Vindobon. 110 et 990: *comitibus*.

(4) All. *Wirziburgensis*, *Wirciburgensis*; D. Bouq. *Wirtziburgensis*.

à Swithger qui lui amenait des secours. Dès que ces événements parvinrent à la connaissance de Pépin, il partit pour la Bavière à la tête d'une puissante armée, fit prisonniers son frère Grifon et tous ceux qui étaient avec lui ou qui étaient venus le joindre, et rétablit Tassilon dans son duché. De retour dans ses états, il donna à Grifon douze comtés, apanage ordinaire des ducs. Mais celui-ci ne se trouva pas content d'un tel bienfait, car la même année, il s'enfuit auprès de Waifre, duc d'Aquitaine.

750 (1).

Burchard, évêque de Wurtzbourg, et Folrad, prêtre chapelain, furent envoyés à Rome vers le pape Zacharie pour consulter le pontife au sujet des rois qui existaient alors chez les Francs, et qui portaient seulement le nom de roi sans jouir en rien de l'autorité royale. Ce pape les chargea de répondre qu'il valait mieux donner le titre de roi à celui qui exerçait la puissance souveraine, et accorda son autorisation pour que Pépin fût établi roi des Francs.

751.

En cette année, conformément à la sanction du pontife de Rome, Pépin fut appelé roi des Francs; et, pour être rendu plus digne de cet honneur, il reçut l'onction sacrée des mains de Boniface, de sainte mémoire, archevêque et martyr; puis, suivant la coutume des Francs, il fut élevé sur le trône dans la ville de Soissons. Quant à Childéric,

(1) Pour cette année et l'année suivante, compar. *Annales Lauriss. Minores*. Pertz, I, 116.

more Francorum elevatus in solium regni in civitate Suessona. Hildericus vero, qui falso regis nomine fungebatur, tonso capite, in monasterium missus est.

DCCLII.

DCCLIII.

Hoc anno Pippinus rex cum exercitu magno Saxoniam ingressus est, et quamvis Saxones ei obstinatissime resisterent, pulsati tamen cesserunt, et ipse usque ad locum qui dicitur Rimi, qui est super fluvium Wisaram (1), accessit. In qua expeditione Hildigarius archiepiscopus interfectus est, in monte qui dicitur Juburg (2). Revertenti vero regi de Saxonia nuncius venit (3) de morte fratris sui Grifonis, et a quo vel qualiter fuisset interfectus. Eodem anno Stephanus papa venit ad Pippinum regem in villa quæ vocatur Carisiacus, suggerens ei, ut se et romanam Ecclesiam ab infestatione (4) Langobardorum defenderet. Venit et Karlomannus frater regis, jam monachus factus, jussu abbatis sui, ut apud fratrem suum (5) precibus romani pontificis obsisteret; invitatus tamen hoc fecisse putatur, quia nec ille abbatis sui jussa contempnere, nec abbas ille (6) præceptis regis Langobardorum, qui ei hoc imperavit (7), audebat resistere.

(1) All. *Wisuram*; D. Bouq. *Wiseram*.

(2) D. Bouq. cum codd. Vindobon. 110 et 990: *Viburg*. Freher. *Duburg*.

(3) D. Bouq. *nuntium accepit*.

(4) D. Bouq. *infestationibus*.

(5) *Suum* deest ap. D. Bouq.

(6) D. Bouq. *abbas illius*.

(7) D. Bouq. *imperaverat*.

qui portait un vain titre de roi, on lui coupa les cheveux, et on le relégua dans un monastère.

752.

753.

Cette année, le roi Pépin entra en Saxe avec une armée nombreuse. Après lui avoir opposé une résistance opiniâtre, les Saxons vaincus furent refoulés; et il parvint jusqu'au lieu que l'on appelle Rehme (1), situé sur le Weser. Dans cette expédition, l'archevêque Hildigaire (2) fut tué sur une montagne nommée Iburg (3). Comme le roi revenait de la Saxe, on lui annonça que son frère Grifon avait péri, et il apprit en même temps quel était l'auteur et quelles étaient les circonstances de cette mort (4). Cette même année (5), le pape Étienne vint trouver Pépin à Quierzy (6) pour lui demander de protéger sa personne et l'Église romaine contre les attaques des Lombards. Le frère du roi, Carloman, qui s'était fait moine, y vint aussi par ordre de son abbé, pour combattre auprès de son frère les sollicitations du pape. On pense cependant qu'il ne le fit qu'à regret, car il n'osait pas mépriser la volonté de son abbé, et d'autre part, son abbé n'osait pas résister aux ordres du roi des Lombards, qui lui avait prescrit cette démarche.

(1) Rehme, sur le Weser, au-dessus de Minden.

(2) Hildigaire, archevêque de Cologne.

(3) Dans la principauté d'Osnabruck (Hanovre).

(4) Grifon, fuyant chez les Lombards, fut tué près de Saint-Jean-de-Maurienne dans un combat contre Thédouin comte de Vienne, et Frédéric comte de la Bourgogne transjurane.

(5) Ce fait appartient à l'année suivante.

(6) Quierzy, sur l'Oise, dans l'Ile-de-Fr., à 8 lieues O. de Laon (Aisne).

DCCLIV.

Stephanus papa postquam a rege Pippino Ecclesiæ romanæ defensionis firmitatem accepit, ipsum sacra unctione ad regiæ dignitatis honorem consecravit, et cum eo duos filios ejus, Karolum et Karlomannum; mansitque hiberno tempore in Francia. Eodem anno Bonifatius, archiepiscopus Mogontiacensis, in Frisia verbum Dei prædicans, a paganis interfectus, martyrio coronatus est.

DCCLV.

Pippinus rex, invitante atque suggerente prædicto Romano pontifice, propter justitiam beati Petri apostoli a rege Langobardorum exigendam (1), Italiam cum valida manu ingreditur. Resistentibus Langobardis et claustra Italiæ tuentibus, ad ipsas montium clusas (2) acerrime pugnatum est; cedentibusque Langobardis, omnes copiæ Francorum quamvis difficilem viam non magno labore superarunt. Haistulfus vero, rex Langobardorum, manum conserere non ausus, in civitate Papia a rege Pippino obsessus est; qui ante obsidionem non solvit quam, firmitatis causa, pro reddenda sanctæ romanæ Ecclesiæ justitia (3), obsides XL recepisset. Datis vero XL obsidibus promissisque jurejurando firmatis, ipse quidem in regnum suum regres-

(1) D. Bouq. *propter erepta romanæ Ecclesiæ per regem Longobardorum dominia, Italiam manu valida ingreditur.*

(2) Codd. Trevir. et Vindobon. 990: *clausas*. D. Bouq. *montium angustias, quas Clusas vocant.*

(3) D. Bouq. *pro restituendis quæ romanæ Ecclesiæ ablata fuerant.*

754.

Le pape Étienne, après avoir reçu du roi l'assurance qu'il prendrait la défense de l'Église romaine, le consacra avec l'huile sainte pour honorer en lui la dignité royale ; il consacra en même temps les deux fils du roi, Charles et Carloman, et passa en France tout l'hiver. Cette même année Boniface, archevêque de Mayence, prêchant en Frise la parole de Dieu, fut massacré par les païens, et reçut ainsi la couronne du martyr (1).

755.

Sur l'invitation et les prières du pontife romain, Pépin entre en Italie avec une puissante armée, pour exiger les réparations dues à l'Église de Saint-Pierre. La résistance des Lombards, qui voulurent défendre les portes de l'Italie, obligea de livrer dans ces défilés des combats opiniâtres. Mais ils finirent par céder et toutes les troupes des Francs traversèrent les montagnes sans beaucoup de peine, malgré les difficultés de la route. Astolphe, roi des Lombards, n'ayant pas osé en venir aux mains, fut assiégé par Pépin dans la cité de Pavie, et ce prince ne consentit à lever le siège qu'après avoir reçu quarante otages pour garantie que tout ce qui avait été enlevé à l'Église romaine lui serait restitué. Les quarante otages ayant été livrés et les promesses affirmées par serment, Pépin reprit le chemin de ses états et renvoya à Rome le pape Étienne avec le prêtre chapelain Fulrad et un corps de Francs assez considérable. Avant que le

(1) Cet événement doit être reporté à l'année suivante. Voyez Mabillon, *Ann. Bened. a.* 755.

sus (1) est, et Stephanum papam cum Folrado presbytero capellano et non minima Francorum manu Romam remisit. Karlomannus autem monachus, frater regis, qui cum Berthrada regina in Vienna civitate remansit, priusquam rex de Italia reverteretur, febre correptus, diem obiit; cuius corpus jussu regis ad monasterium Sancti Benedicti, in quo monachicum habitum susceperat, relatum est.

DCCLVI.

Haistulfus, rex Langobardorum, quamquam anno superiore obsides dedisset, et de reddenda sanctæ romanæ Ecclesiæ justitia (2) tam se quam optimates suos jurejurando obstrinxisset, nihil de promissis (3) opere complevit. Propter hoc Pippinus rex iterum cum exercitu Italiam intravit, et Haistulfum in Papiæ civitate se includentem obsedit, et obsidione ad implentionem promissorum suorum compulit. Redditamque sibi Ravennam et Pentapolim et omnem exarchatum ad Ravennam pertinentem ad sanctum Petrum tradidit; atque his peractis, in Galliam reversus est. Haistulfus autem post abcessum ejus, cum meditaretur, quomodo sua promissa non tam impleret, quam dolose ea, quæ impleta fuerant, commutaret, in venatione de equo suo casu prolapsus est, atque ex hoc ægitudine contracta, intra paucos dies vivendi terminum (4) fecit. Cui Desiderius, qui comes stabuli ejus erat, successit in regnum.

(1) Cod. Vindobon. 990 : *reversus*.

(2) D. Bouq. *et ad reddendum ea quæ Romanæ ecclesiæ abstulerat*.

(3) D. Bouq. *nihil promissorum*.

(4) D. Bouq. *finem*.

roi fût revenu d'Italie, le moine Carloman, son frère, qui s'était arrêté dans la cité de Vienne avec la reine Bertrade, y fut saisi de la fièvre et mourut (1). Son corps fut, par l'ordre du roi, transporté dans le monastère de Saint-Benoît où il avait pris l'habit monastique.

756.

Astolphe, roi des Lombards, bien qu'il eût donné des otages l'année précédente, et qu'il se fût engagé par serment, ainsi que les grands de son royaume, à restituer ce qu'il avait enlevé à l'Église romaine, ne remplit aucun de ses engagements. Pépin entre donc une seconde fois en Italie avec une armée; il assiège Astolphe, qui s'était encore renfermé dans la cité de Pavie, et le force par là à l'accomplissement de ses promesses. Il se fit rendre Ravenne, la Pentapole et tout l'exarchat de Ravenne pour en faire don à saint Pierre, puis il revint dans la Gaule. Après son départ, Astolphe se mit à chercher dans sa tête de nouveaux moyens, non pas tant de ne pas exécuter les promesses qu'il avait faites, que de revenir à force de ruse sur ce qui avait été exécuté; mais il fit à la chasse une chute de cheval, et la maladie dont il fut attaqué à la suite de cet accident le conduisit en peu de jours au tombeau. Didier, qui était son connétable, lui succéda sur le trône.

(1) La mort de Carloman doit être reportée à l'année précédente. Il mourut la veille des nones de décembre (4 décemb.) 754, suivant le nécrologue de Flavigny. (Voyez Eckhart, *Comment.*, I, 532.)

DCCLVII.

Constantinus imperator misit Pippino regi multa munera, inter quæ et organum (1); quæ ad eum in Compendio villa pervenerunt, ubi tunc populi sui generalem conventum habuit. Illuc et Tassilo dux Bajoariorum cum primoribus gentis suæ venit, et more francico (2) in manus regis in vassaticum manibus suis semetipsum commendavit, fidelitatemque tam ipsi regi Pippino quam filiis ejus Karolo et Karlo-manno jurejurando supra corpus sancti Dionysii promisit; et (3) non solum ibi, sed etiam super corpus sancti Martini et sancti Germani simili sacramento, fidem se prædictis dominis suis diebus vitæ suæ servaturum, est pollicitus. Similiter et omnes primores ac majores natu Bajoarii, qui cum eo in præsentiam regis pervenerant, fidem se regi et filiis ejus servaturos, in prædictis venerabilibus locis promiserunt.

DCCLVIII.

Pippinus rex cum exercitu Saxoniam aggressus est (4); et quamvis Saxonibus validissime resistentibus et munitiones suas tuentibus, pulsus prælio propugnatoribus, per ipsum, quo patriam defendere conabantur, vallum intravit. Commissisque passim præliis, plurimam ex ipsis multitudinem occidit (5), coegitque

(1) D. Bouq. *organa*.

(2) Cod. Hannoveran. *more Francorum*.

(3) D. Bouq. *sed.... verum*.

(4) Cod. Hannoveran. *ingressus est*.

(5) Ita Pertz, cum cod. Vindobon. 654. D. Bouq. cum cæteris codd. et edit. *cecidit*.

757.

L'empereur Constantin envoya au roi Pépin un grand nombre de présents, et entre autres un orgue. Ces présents lui furent apportés dans sa terre de Compiègne où il tenait alors l'assemblée générale des Francs. Tassillon, duc des Bavaois, avec les principaux de sa nation, y vint aussi. Suivant la coutume des Francs, il prêta serment comme vassal entre les mains du roi et promit fidélité tant à ce prince qu'à ses fils, Charles et Carloman, en jurant sur les reliques de saint Denis. Ce serment fut renouvelé sur les corps de saint Martin et de saint Germain, et il promit, dans les mêmes termes, de servir fidèlement ses maîtres pendant tous les jours de sa vie. De même tous les chefs et tous les anciens parmi les Bavaois, qui se trouvaient avec lui en présence de Pépin, jurèrent dans ces saints lieux de garder fidélité à ce prince et à ses fils.

758.

Le roi Pépin envahit la Saxe avec une armée. Malgré la courageuse résistance des Saxons et leurs efforts pour défendre les points qu'ils avaient fortifiés, il attaque leurs postes, les culbute, et pénètre à travers les retranchements par lesquels ils s'efforçaient de lui fermer l'entrée de leur pays. Après avoir livré çà et là des combats dans lesquels périt une grande multitude de Saxons, il les força de promettre qu'ils se soumettraient à sa domination, et que chaque année, pour lui faire honneur, ils enverraient à l'assemblée générale des Francs un présent de trois cents chevaux. Ces conventions une fois réglées, il voulut, pour en assurer l'exécution, les placer sous la sauve-

ut promitterent, se omnem voluntatem illius esse facturos, et annis singulis honoris causa ad generalem conventum equos ccc pro munere daturos. His ita compositis, et more saxonico, ut rata esse deberent, confirmatis, in Galliam sese cum exercitu suo recepit.

DCCLIX.

Natus est Pippino regi filius, quem suo nomine Pippinum vocari voluit. Sed puer immatura morte præventus, tertio post nativitatem suam anno decessit. Hoc anno celebravit rex natalem Domini in Longlare (1), et Pascha in Jopila; neque extra regni sui terminos aliquod iter fecit.

DCCLX.

Waifarius dux Aquitaniæ, cum res, quæ in sua potestate erant, et ad ecclesias sub manu Pippini regis constitutas pertinebant, rectoribus ipsorum venerabilium locorum reddere nolisset, ipsumque regem de hisce (2) per legatos suos commonentem audire contemneret, contumacia sua ad suscipiendum contra se bellum concitavit. Nam rex contractis undique copiis Aquitaniam ingressus, bello se res et justitias ecclesiarum exacturum (3) pronuntiavit. Cumque in loco, qui Tedoad (4) vocatur, positus castris consedisset, Waifarius bello certare non ausus, missa ad regem legatione, spondet se imperata facturum, ecclesiarum

(1) Pertz : *Lonclare*.

(2) Ita habet D. Bouq. — Pertz : *regem pro his se per*.

(3) D. Bouq. *se res ecclesiarum bello exacturum*.

(4) All. *Tedo*, *Theoad*.

garde des rites particuliers aux Saxons, puis il revint dans la Gaule avec son armée.

759.

Il naquit un fils au roi, qui voulut qu'on l'appelât de son nom Pépin. Mais cet enfant lui fut enlevé par une mort prématurée, trois ans après sa naissance. Cette année, le roi célébra la nativité du Seigneur à Longlare (1) et la Pâque à Jupille (2). Il ne sortit point des frontières de son royaume.

760.

Waifre, duc d'Aquitaine, retenait certains domaines qui appartenaient à des églises établies sous la protection de Pépin, et refusait de les rendre aux vénérables recteurs de ces saints lieux, sans même daigner entendre les avertissements que le roi lui adressait par ses députés. Son obstination lui attira la guerre. Pépin rassembla des troupes de tous côtés, et entra en Aquitaine, déclarant qu'il saurait faire rendre aux églises, par la force des armes, les biens qui leur appartenaient, et tous les droits qui leur étaient dus. Mais ce prince s'étant arrêté dans le lieu nommé Doué (3), pour y placer son camp,

(1) Ce château royal était probablement situé dans l'endroit qui porte aujourd'hui par abréviation le nom de Glaire, à une demi-lieue N. O. de Sedan, sur la rive gauche de la Meuse (Ardennes).

(2) Jupille, sur la rive droite de la Meuse à 1 lieue E. de Liège, aujourd'hui bourg de la province de Liège (Belgique).

(3) Doué, petite ville de l'Anjou, située près de la Loire, à 4 lieues S.

justitias (1) redditurum, obsides qui imperarentur daturum : dedit etiam duos de primoribus gentis, Adalgarium et Itherium. Et hoc facto, commotum contra se regis animum adeo mitigavit (2), ut statim bello desisteret. Nam acceptis obsidibus, qui ad fidem promissionibus faciendam dati sunt, rex bello abstinuit, domumque reversus, dimisso exercitu, in villa Carisiaco hiemavit, in qua et Natalem Domini et Pascha celebravit.

DCCLXI.

Waifarius dux, quamquam obsides dedisset, sacramentaque jurasset, satius tamen ratus, si (3) de illato sibi, anno superiore, bello ultionem exigeret, exercitum suum, qui Francorum possessiones popularetur, usque ad Cabillonem civitatem fecit accedere. Quod cum Pippino regi generalem conventum agenti in villa Duria fuisset nunciatum, coactis undique auxiliis, cum magno belli apparatu Aquitaniam ingressus, quædam oppida atque castella manu cepit : in quibus præcipua fuere Burbonis, Cantilla, Clarmontis. Quædam (4) se victori ultro dediderunt (5), maximeque Arvernorum castella, quæ tunc bello premebantur. Rex tamen cuncta quæ extra munitiones invenit, ferro

(1) D. Bouq. *ecclesiis jura sua.*

(2) D. Bouq. *ita contra se commotum regis animum m.*

(3) *Si deest* ap. D. Bouq. et pro *exigeret* legit *exigere.*

(4) Cod. Vindobon. 654 : *quæ.*

(5) Codd. Vindobon. 110 et 990, et D. Bouq. *dederunt.*

Waifre, qui n'osait pas risquer une bataille, lui envoya des députés, et promit de se soumettre à ses ordres, de rétablir les églises dans tous leurs droits et de livrer les otages qu'on lui désignerait. Il donna même deux des principaux de sa nation, Adalgarius et Ithérius; et par cette démarche il apaisa si bien la colère du roi, que ce prince renonça sur-le-champ à lui faire la guerre. Pépin, après avoir reçu les otages, comme garants des promesses qui lui avaient été faites, s'abstint de toute hostilité, rentra dans ses états, congédia son armée, et passa l'hiver dans sa terre de Quierzy, où il célébra les fêtes de Noël et de Pâques.

761.

Cependant, le duc Waifre, malgré les otages qu'il avait donnés, et les serments qu'il avait faits, jugea plus à propos de tirer vengeance de la guerre dont il avait eu à souffrir l'année précédente, et fit avancer jusqu'à la cité de Chalon son armée, pour qu'elle ravageât les possessions des Francs. Dès que le roi Pépin, qui tenait alors l'assemblée générale dans la ville de Duren (1), apprit cette nouvelle, il se hâta de rassembler des troupes de tous côtés, et étant entré en Aquitaine avec des forces considérables, il s'empara de plusieurs villes et châteaux, dont les principaux furent Bourbon, Chantelle et Clermont (2). Quelques-uns se rendirent volontairement au vainqueur, et

O. de Saumur. On y voit encore des ruines romaines, et les restes d'un ancien château des ducs d'Aquitaine (Maine-et-Loire).

(1) Duren ou Doren, sur la Roer, à 6 lieues E. d'Aix-la-Chapelle, entre cette ville et Cologne (Province Rhénane, Prusse).

(2) Bourbon-l'Archambault, et Chantelle-le-Château dans le Bourbonnais (Allier); Clermont-Ferrand en Auvergne (Puy-de-Dôme).

et igne devastans, postquam ad Limovicas (1) oppidum venit, reversus est, et in villa Carisiaco hibernis habitis, Natalem Domini ac Pascha celebravit. In hac expeditione fuit cum rege filius ejus primogenitus Karolus, ad quem post patris obitum totius imperii summa conversa est (2).

DCCLXII.

Pippinus rex suscepto a se bello finem imponere cupiens, iterum aquitanicam provinciam cum magnis copiis intrat: captisque Biturica civitate et castello Toarcis, revertitur. Hiemavitque in villa Gentiliaco; atque in ea (3) Natalem Domini ac Paschalis festi sollemnia (4) celebravit.

DCCLXIII.

Redeunte anni congruo tempore, conventu in Nivernis habito, et contractis undique copiis, rex Pippinus Aquitaniam repetit, et omnia quæ extra munitiones erant ferro et igne depopulatus, usque ad Cadurciam oppidum accessit (5). Inde cum integro exercitu in Franciam se recepturus, per Limovicam (6) regreditur.

(1) Codd. Vindobon. 110 et 990: *Lemovicus*. D. Bouq. *Limovicum*.

(2) Sic Pertz cum codd. Freherus et D. Bouq. *i. summa pervenit*.

(3) Cod. Hannover. *eadem*.

(4) Codd. *sollempnia, sollempnia*. D. Bouq. *solennitatem*.

(5) Cod. Hannover. *venit*.

(6) Pertz: *Lemovicam*.

surtout les châteaux d'Auvergne qui souffraient le plus de la guerre. Cependant le roi, après avoir ravagé par le fer et le feu tout ce qu'il trouva hors des villes fortifiées, et s'être avancé jusqu'à la cité de Limoges, revint sur ses pas, et alla passer l'hiver dans sa terre de Quierzy où il célébra les fêtes de Noël et de Pâques. Dans cette expédition, Pépin fut accompagné par Charles, son fils aîné, qui recueillit après la mort de son père la totalité de l'empire.

762.

Le roi Pépin désirant terminer la guerre qu'il avait entreprise, entra de nouveau dans la province d'Aquitaine avec des troupes nombreuses; et, après s'être emparé de la cité de Bourges et du château de Thouars (1), il se retira et vint passer l'hiver dans son domaine de Gentilly (2), où il célébra les fêtes de Noël et la solennité de Pâques.

763.

Au retour de la saison favorable, le roi tint une assemblée à Nevers, et après avoir réuni des troupes de tous côtés, il marcha de nouveau sur l'Aquitaine, et en ravageant par le fer et le feu tout ce qui était en dehors des villes fortifiées, parvint jusqu'à la cité de Cahors. Il ramena ensuite dans ses états son armée tout entière en prenant sa route par Limoges. Ce fut alors que Tassillon, duc de Bavière, feignant par ruse d'être tombé malade, abandonna l'expédition pour retourner dans son pays : là,

(1) Thouars, à 7 lieues N. E. de Bressuire (Deux-Sèvres, ancien Poitou).

(2) Gentilly, près Paris (Seine).

De qua expeditione Tassilo Bajoariæ dux, ægrotudine per dolum simulata, patriam (1) reversus est, firmatoque ad defectionem animo, ad regis conspectum ulterius se (2) venturum abjuravit. — Rex, dimisso in hiberna exercitu, ad hiemandum in villa Longlare consedit, atque ibi Natalem Domini ac Pascha celebravit. Facta est autem eo tempore tam valida atque aspera hiems, ut immanitate frigoris nulli (3) præteritorum annorum hiemi videretur posse conferri.

DCCLXIV.

Rex Pippinus, distracto in diversa animo propter duo bella, Aquitanicum jam olim susceptum, et Bajoaricum propter Tassilonis ducis defectionem suscipiendum, populi sui generalem conventum habuit in Wormacia civitate. Dilataque in futurum expeditione, illo anno domi se continuit. Hiemavitque in villa Carisiaco, atque in ea Natalem Domini et sanctum Paschalis festi solemne (4) celebravit. Eodem anno eclipsis solis facta est II. non. jun. (5) hora sexta.

(1) D. Bouq. *in patriam reversus est.*

(2) D. Bouq. *ad r. aspectum se ulterius v.*

(3) Ita habet D. Bouq. et alii edit. Pertz, cum quibusdam codd. nullæ. Quæ menda, amanuensium ignorantia tribuenda, accuratam Eginhardi dictionem minime sapit. Et sic de quibusdam aliis barbaris vocibus ut *reciperaverat* pro *recuperaverat*; *cæpit* pro *cepit*, etc., quas in textum admisit Pertzius, auctoritate scilicet veterum codicum, sed quæ tamen nobis, adjuvantibus aliis codd., emendandæ visæ sunt.

(4) D. Bouq. *sanctum Pascha cel.* — Codd. Vindobon. 110 et 990 : *sanctam Paschalis festi solennitatem.*

(5) Codd. Trevir. Hannov. et Vindobon. 110 : *II non. jun.*

s'étant affermi dans la résolution de se rendre indépendant, il fit le serment de ne plus jamais paraître en présence du roi (1). — Pépin, après avoir congédié son armée, s'arrêta à Longlare pour y passer l'hiver, et ce fut là qu'il célébra les fêtes de Noël et de Pâques. Il y eut cette année un hiver si dur et si rigoureux, qu'il semble ne pouvoir être comparé pour la violence du froid à aucun hiver des années précédentes.

764.

Cependant, le roi Pépin, dont l'activité se partageait entre les deux guerres qu'il avait maintenant à conduire, celle d'Aquitaine déjà commencée, et celle de Bavière qu'il lui fallait entreprendre à cause de la défection du duc Tassillon, réunit dans la cité de Worms l'assemblée générale de son peuple. Mais l'expédition ayant été remise à un autre temps, il resta cette année dans ses états, et passa l'hiver dans son domaine de Quierzy, où il célébra la nativité du Seigneur et le saint jour de Pâques. La même année, une éclipse de soleil eut lieu le deux des nones de juin, à la sixième heure du jour (2).

(1) Voyez les additions à la fin du volume.

(2) Le 4 juin. Cette éclipse commença lorsque l'on compte à Paris onze heures du matin, et fut visible en Europe, en Afrique et dans l'Asie occidentale. Il y eut encore cette année deux autres éclipses : une éclipse de lune, le 18 juin, et une éclipse de soleil, le 28 novembre. Voyez la chronologie des éclipses par Pingré, dans l'*Art de vérifier les Dates*, I, 66.

DCCLXV.

Hoc anno rex Pippinus domi se continuit, neque propter Aquitanicum bellum, quamvis nondum finitum, regni sui terminos egressus est, sed generalem populi sui conventum in Attiniaco villa, hiberna Aquisgrani habuit (1), ubi et Natalem Domini et Pascha celebravit.

DCCLXVI.

Pippinus rex, propter conficiendum Aquitanicum bellum conventu Aurelianis habito, in Aquitaniam profectus, destructum a Waifario Argentomagum (2) castrum reædificat (3), depositoque ibi necnon et in Biturica civitate Francorum præsidio, regreditur, Natalemque Domini Salmonciaci, Pascha vero Gentiliaci celebravit.

DCCLXVII.

Orta quæstione de Sancta Trinitate et de Sanctorum imaginibus inter orientalem et occidentalem ecclesiam, id est Romanos et Græcos, rex Pippinus, conventu in Gentiliaco villa congregato, synodum de ipsa quæstione habuit; eoque peracto, ad bellum prædictum conficiendum post Natalem Domini in Aquitaniam proficiscitur. Et per Narbonam iter agens, Tolosam agressus cepit, Albiensem et Gavuldanum (4)

(1) Cod. Vindobon. 110 : *c. i. Attiniaco villa habuit. Hibernum tempus Aquisgrani fuit.*

(2) Cod. Vindobon. 110 : *Argentum magnum.*

(3) D. Bouq. *reparat.*

(4) Al. *Gavuldianum.* D. Bouq. *Gavuldensem.*

765.

Le roi se tint chez lui toute cette année, et quoique la guerre d'Aquitaine ne fût point encore terminée, il ne sortit pas de ses états. Il convoqua l'assemblée générale de son peuple dans sa terre d'Attigny, et passa l'hiver à Aix où il célébra les solennités de Noël et de Pâques.

766.

Pépin, après avoir tenu l'assemblée à Orléans pour terminer la guerre d'Aquitaine, se dirigea vers cette province, releva le château d'Argenton (1) que Waifre avait détruit, y établit une garnison, ainsi que dans la cité de Bourges, et se retira. Il célébra les fêtes de Noël à Samoussy (2), et celles de Pâques à Gentilly.

767.

Une controverse touchant la sainte Trinité et les images des saints s'était élevée entre l'Église d'orient et celle d'occident, c'est-à-dire entre les Grecs et les Latins. Le roi convoqua les fidèles dans sa terre de Gentilly, et y fit traiter cette question dans un synode. Cela fait, il se mit en marche après les fêtes de Noël pour aller terminer la guerre d'Aquitaine. Il prit sa route par Narbonne, vint assiéger Toulouse dont il s'empara, et reçut la soumission de l'Albigeois et du Gévaudan. De retour à Vienne, il y

(1) Argenton, sur la Creuse, à 6 lieues S. S. O. de Châteauroux (Indre. — Berry).

(2) Samoussy en Laonnais, à 2 lieues E. de Laon (Aisne).

pagos in deditionem accepit. Et Viennam reversus, postquam ibi et Paschalis festi sacra peregit, et exercitum a labore refecit, jam prope æstate confecta, mense augusto ad reliquias belli profectus est; et Bituricam veniens, conventum more francico in campo egit (1). Indeque ad Garonnam fluvium accedens, castella multa et petras atque speluncas, in quibus se hostium manus plurima defendebat, cepit, inter quæ præcipua fuere Scorialia (2), Torinna et Petrocia. Reversusque Bituricam, exercitum in hiberna dimisit, ipse (3) ibi considens (4) Natalem Domini celebravit. Eo anno Paulus papa Romanus defunctus est, cujus rei nuntius ibi ad regem pervenit.

DCCLXVIII.

Rex Pippinus cum primum ad bellum gerendum tempus congruum esse videret, evocato undique exercitu, ad Santonicam civitatem contendit. Captoque in itinere Rimistaino (5), cum ad urbem prædictam venisset, mater et soror et neptes Waifarii ducis (6) ad conspectum ejus adductæ sunt. Quas cum pie susceptas servari jussisset, ad Garonnam fluvium proficiscitur, ubi ei Erowicus (7) cum alia prædicti ducis sorore occurrit, in loco qui Montes vocatur, seque et illam regi tradidit. Rebus igitur aliquot prospere gestis,

(1) Cod. Hannover. *habuit vel egit.*

(2) Al. *Scolaria*. — Al. *Turrianna*, *Torrinna*.

(3) Cod. Trevir. *ipse vero ibi*. Cod. Vindobon. 990 : *ipse autem ibi*.

(4) D. Bouq. *moratus*.

(5) Cod. Vindobon. 990 : *Rimastamo*.

(6) Id. cod. *regis*.

(7) Cod. Trevir. *Eworwicus*; D. Bouq. *Eberwicus*.

célébra les fêtes de Pâques, fit reposer son armée et repartit au mois d'août, comme l'été tirait vers sa fin, pour achever la guerre d'Aquitaine. Arrivé à Bourges, il y tint une assemblée en plein air suivant la coutume des Francs. Il s'avança ensuite jusqu'à la Garonne, et s'empara d'un grand nombre de châteaux, de rochers et de cavernes dans lesquels s'étaient retranchées beaucoup de bandes ennemies. Les principaux de ces châteaux étaient Scorailles, Turenne et Peyrusse (1). De retour à Bourges, il renvoya l'armée dans ses quartiers d'hiver; et s'étant arrêté dans cette ville, il y célébra les fêtes de Noël. Cette année le pape Paul mourut; et ce fut à Bourges que le roi reçut la nouvelle de sa mort.

768.

Dès que le roi vit que la saison était favorable pour entrer en campagne, il rassembla de toutes parts ses troupes, et se dirigea vers la cité de Saintes. Pendant la route, il fit prisonnier Remistan (2), et lorsqu'il fut arrivé à Saintes, on amena en sa présence la mère, la sœur et les nièces du duc Waifre. Après les avoir accueillies avec bienveillance, il ordonna qu'elles fussent honorablement gardées, et s'avança vers la Garonne. Là, dans le lieu que l'on nomme Monts (3), Érowic vint à sa rencontre

(1) Scorailles ou Escorailles, en Auvergne, à 1 lieue S. de Mauriac (Cantal); Turenne, dans le Limousin, à 2 lieues et demie S. de Brives (Corrèze); Peyrusse, dans le Rouergue (Aveyron), sur une montagne baignée par la Diège, à 4 lieues N. N. E. de Villefranche.

(2) Remistan, oncle du duc Waifre. Pépin, auquel trois ans auparavant il avait juré fidélité, punit son manque de foi en le faisant pendre immédiatement.

(3) C'est probablement le lieu appelé aujourd'hui Mons ou Monts, dans le Haut-Languedoc (Haute-Garonne, arrondissement de Toulouse).

rex revertitur, et in castello quod dicitur Sels (1) Pascha celebravit. Assumptaque secum uxore atque familia sua iterum ad urbem Santonicam venit. Dimissaque ibi uxore et familia, cum omnibus copiis ad persequendum Waifarium ducem animum intendit, nec prius destitit, quam aut caperet aut interficeret rebellantem (2). Interfecto igitur duce Waifario in territorio Petragorico, confectoque, ut sibi videbatur, Aquitanico bello, Santonas reversus est. Cumque ibi aliquantum temporis moraretur, ægritudine decubuit. In ipsa tamen valetudine Turonos delatus, apud sancti Martini memoriam oravit. Inde cum ad Parisios venisset, VIII kal. octob. diem obiit; cuius corpus in basilica beati Dionysii martyr is humatum est. Filii vero (3), Karolus et Karlomannus, consensu omnium Francorum reges creati, et Karolus in Noviommo (4) civitate, Karlomannus in Suessona (5) insignia regni susceperunt. Karolusque (6), qui major natu erat, Aquasgrani profectus, ibi Natalem Domini, et in Rotomago (7) civitate Pascha celebravit.

(1) Cod. olim Beccens., nunc Reg. Paris. 5924 : *Fels*.

(2) D. Bouq. *et caperet et rebellantem quoque interficeret*.

(3) D. Bouq. *filii vero ejus*.

(4) D. Bouq. cum codd. Hannover. et Vindobon. 110 et 990 : *Noviomago*.

(5) Idem codd. *Suessona civitate*. D. Bouq. *Suessiona*.

(6) D. Bouq. *Karolusque Aquasgrani*.

(7) Sic D. Bouq. Pertz : *Ratumago*.

avec l'autre sœur du duc Waifre, et se remit avec elle entre les mains du roi. Après quelques succès, le roi revint sur ses pas et célébra les fêtes de Pâques dans le château de Selles (1), puis, s'étant fait accompagner de sa femme et de toute sa maison, il revint dans la ville de Saintes. Il les y laissa pour poursuivre sans relâche, avec toutes ses forces, le duc Waifre, et ne s'arrêta qu'après l'avoir pris et mis à mort pour sa rébellion. Ce fut sur le territoire de Périgueux que périt le duc Waifre. Pépin, croyant avoir par là terminé la guerre d'Aquitaine, revint à Saintes. Il y était déjà depuis quelque temps, lorsqu'une maladie le força de se mettre au lit. Tout malade qu'il était, il fut transporté à Tours, et fit ses dévotions au tombeau de saint Martin. De là il vint à Paris, où il mourut le 8 des calendes d'octobre, et son corps fut enseveli dans la basilique de saint Denis le martyr. Ses fils, Charles et Carloman furent élus rois, du consentement unanime des Francs. Charles dans la cité de Noyon; Carloman dans celle de Soissons, prirent les insignes de la royauté. Charles, qui était l'aîné, étant parti pour Aix, y célébra la solennité de Noël. Ce fut à Rouen qu'il célébra les fêtes de Pâques.

(1) Selles sur Nahon, *Cella S. Genulphi*, dans le Berry (Indre), ou plutôt Selles en Berry, sur le Cher, *Cellæ Biturigum*, *Cella S. Eusicii* (Loir-et-Cher). M. Pertz fait observer avec raison que l'orthographe du mot *Sels* ne s'accorde pas avec l'étymologie de ces deux noms de lieux, *Cella*. Cependant, comme Pépin passa toute cette année dans le midi de la Gaule, il n'est pas possible d'admettre qu'Éginhard ait voulu parler du château de Seltz en Alsace.

KAROLUS ET KARLOMANNUS.

DCCLXIX.

Postquam hi duo fratres patri succedentes regnum inter se partiti sunt, Aquitania provincia, quæ in sortem majoris natu Karoli regis cesserat, remanentibus in ea transacti belli reliquiis, conquiescere non potuit. Nam Hunoldus (1) quidam regnum affectans, provincialium animos ad nova molienda concitavit. Contra quem ipse, cui eadem provincia sorte obvenerat, rex Karolus cum exercitu profectus est. Sed cum fratris auxilium habere non posset, qui procerum suorum pravo consilio ne id faceret impediatur, colloquio tantum cum eo habito in loco qui Duasdives vocatur, fratre in regnum suum remeante, ille Egolisenam Aquitaniæ civitatem proficiscitur, et inde, contractis undique copiis, fugientem Hunoldum persequitur, paulumque (2) abfuit quin caperet. Sed ille notitia locorum, in quibus regis exercitum latere poterat, liberatus est, dimissaque Aquitania Wasconiam petiit, tutum se ibi fore arbitratus. Erat tunc Wasconum dux, Lupus nomine, cujus fidei se Hunoldus committere non dubitavit. Ad quem rex missa (3) legatione, jubet sibi perfugam reddi, idque ea conditione ut, nisi dicto obediens fuisset (4), sciret se bello Wasconiam ingressurum, neque inde prius di-

(1) D. Bouq. *Hunholtus* et sic deinceps.

(2) D. Bouq. *prosequitur, paululumque.*

(3) D. Bouq. *missa ocius legatione.*

(4) Ita habet D. Bouq. Pertzius autem : *p. r. ea conditione mandata si dicto audiens sibi non fuisset.*

CHARLES ET CARLOMAN.

769.

Les deux frères succédèrent à leur père, et se partagèrent le royaume (1). Cependant, l'Aquitaine qui se trouvait dans le lot de Charles, l'aîné des deux frères, agitée par les restes de la dernière guerre, ne put demeurer en repos. Un certain Hunold (2) voulant s'emparer de la royauté, excita les esprits des habitants de ce pays à de nouvelles révoltes. Charles, à qui, comme nous l'avons dit, cette province était échue, s'avança contre lui en personne. Mais ne pouvant obtenir de secours de son frère, que les mauvais conseils de ses courtisans empêchaient de lui en fournir, il n'eut avec lui qu'une entrevue dans le lieu appelé *Duas Dives* (3), et laissant Carloman retourner dans ses états, il se rendit à Angoulême, l'une des villes de l'Aquitaine. De là, après avoir réuni des troupes de toute part, il se mit à la poursuite d'Hunold, et peu s'en fallut qu'il ne le fit prisonnier. Mais la connaissance que celui-ci avait des lieux, lui permit de se dérober à l'armée du roi; et s'étant échappé, il quitta l'Aquitaine pour gagner la Gascogne, persuadé qu'il y trouverait un asile sûr. Loup était alors duc des Gascons, Hunold n'hésita point à se remettre entre ses mains. Mais le roi envoya à Loup une ambassade pour

(1) Voyez sur ce partage la note relative à l'étendue de l'empire de Charlemagne, à la fin du volume.

(2) Sur Hunold, père de Waifre, voyez la *Vie de Charlemagne*, p. 17, not. 2.

(3) On ne sait pas quel est ce lieu; mais il était probablement situé au delà du Rhin, dans les états de Carloman.

gressurum, quam illius inobedientiæ finem imponeret. Lupus minis regis perterritus, Hunoldum et uxorem ejus sine cunctatione reddidit, se quoque quæcumque imperarentur facturum spondit. At rex, donec legati quos miserat reverterentur, castellum quoddam juxta Dornoniam (1) fluvium vocabulo Fronciacum (2) ædificat. Reversis igitur legatis, reducto perfuga, ædificato castello, in regnum suum regreditur (3); celebravitque Natalem Domini in villa Duria, et Pascha apud Sanctum Lantbertum in vico Leodico.

DCCLXX.

Domnus (4) Karolus rex habuit populi sui conventum generalem in Wormacia civitate. Berthrada vero, mater regum, cum Karlomanno minore filio apud Salusiam locuta pacis causa (5), in Italiam proficiscitur, peractoque propter quod illo profecta est (6) negotio, adoratis etiam Romæ Sanctorum Apostolorum

(1) All. *Dornaniam, Dordoniam, Dordonam.*

(2) All. *Franciacum, Fronctiacum.*

(3) Codd. Reg. Par. 5924, et Vindobon. 110: *revertitur.*

(4) Cod. Trevir. et D. Bouq. *dominus* et ita deinceps.

(5) Hoc comma post vocem *causa* ponit Pertz in notis adjiciens: « comma in editione non hoc loco sed perperam post *causa* demum positum, sensum valde diversum reddit; lectionem nostram omnium quos ipse inspexi, et, ut mihi persuasum est, reliquorum etiam codicum auctoritas tuetur. » — Quæ tam clari viri sententia, maximi scilicet ponderis, nobis tamen attente perpendentibus, et auctoritate D. Bouq., Eckharti aliorumque eruditorum fultis immutanda visa est. Conf. e contra notam gall.

(6) D. Bouq. *profecta erat.*

lui ordonner de livrer le fugitif, lui faisant savoir que s'il n'obtenait point cette satisfaction il allait envahir la Gascogne, et qu'il n'en sortirait qu'après l'avoir forcé à l'obéissance. Loup épouvanté des menaces du roi, livra sans retard Hunold et sa femme (1), et promit, en outre, d'exécuter tout ce qui lui serait commandé. Cependant le roi, en attendant le retour de ses députés, avait fait élever près de la Dordogne un château qui fut nommé Fronzac. Après le retour des députés qui ramenaient Hunold, et lorsque la construction de ce château fut achevée, il regagna ses états, et célébra la solennité de Noël à Duren et la Pâque à Saint-Lambert dans la ville de Liège.

770.

Le roi Charles tint l'assemblée générale de son peuple dans la cité de Worms. Cependant Bertrade, la mère des deux rois, après avoir eu une entrevue à Seltz (2) avec Carloman, son plus jeune fils, pour maintenir la paix, se rendit ensuite en Italie; puis, quand elle eut rempli le but de son voyage et adoré à Rome le temple des saints

(1) Voyez *Vie de Charlemagne*, p. 19, note 2.

(2) Seltz, en Alsace, province qui faisait partie des états de Carloman, et non pas Saluces en Piémont, comme l'ont pensé quelques historiens. Berthe, qui voulait amener entre ses deux fils une réconciliation, fit venir Carloman à Seltz pour le rapprocher de Charles qui était alors à Worms. Elle prit ensuite sa route par la Bavière, pour se rendre en Italie, où elle négocia le mariage de Charles avec la fille de Didier, roi des Lombards. Mais il nous semble résulter des termes mêmes du texte que le principal but de son voyage était le maintien de la paix entre ses deux fils, et que par conséquent il faut placer la virgule après les mots *pacis causa*, et les faire rapporter aux conférences que Berthe eut à Seltz avec ses fils, et non pas à son voyage en Italie. (Voyez Eckhart, *Comm.*, I, 606.)

liminibus, ad filios in Galliam revertitur. Karolus autem rex Natalem Domini Mogontiaci (1), sanctumque Pascha in villa Haristallio celebravit.

KAROLUS.

DCCLXXI.

Peracto secundum morem generali conventu super fluvium Scaldiam (2) in villa Valentiana (3), rex Karolus ad hiemandum proficiscitur. Cumque ibi aliquamdiu moraretur, Karlomannus frater a. d. ii. nonas decembris (4) decessit in villa Salmontiaco. Et rex ad capiendum ex integro regnum animum intendens, Carbonacum villam venit. Ibi Wilharium episcopum Sedunensem (5) et Folradum presbyterum et alios plures sacerdotes, comites etiam atque primates fratris sui, inter quos vel præcipui fuere Warinus et Adalhardus, ad se venientes suscepit. Nam uxor ejus et filii cum parte optimatum in Italiam profecti sunt. Rex autem profectionem eorum in Italiam (6) quasi

(1) D. Bouq. in *Moguntiaco*.

(2) D. Bouq. *Scaldim*.

(3) Ita D. Bouq. Pertz: *Valentianās*.

(4) Cod. Vindobon. 654: *frater ad pridie non*. Cod. Reg. Paris. 5924: *frater ad pridie*.... Cod. Trevir. *frater ad II Non*. Cod. Hannover. *frater ad VI non*. Codd. Vindobon. 110 et 990: *frater pridie nonas*. D. Bouq. *frater ejus pridie nonas*. — Hic Pertzianam lectionem retinuimus qui enim, mutato *ad* in *a. d.*, id est legendo: *ante diem II nonas decembris*, locum convenienter restituit. Videsis *Artem dijudicandi temporum notas* (edit. noviss.) I, 52. Gloss. voc. *ante diem*.

(5) Cod. Vindobon. 990: *Wlharium Seduciensem*.

(6) D. Bouq. *R. a. hanc eorum profectionem*.

Apôtres, elle revint en Gaule auprès de ses fils. Le roi Charles célébra cette année la solennité de Noël à Mayence, et la sainte Pâque dans son château d'Héristal (1).

CHARLES.

771.

Après voir tenu, suivant la coutume, l'assemblée générale, qu'il convoqua cette année à Valenciennes sur l'Escaut, le roi Charles revint en Gaule passer l'hiver. Il y était déjà depuis quelque temps, lorsque son frère Carloman mourut dans son domaine de Samoucy, la veille des nones de décembre. Le roi, songeant alors à s'emparer du royaume tout entier, se rendit à Corbény (2). Ce fut là qu'il reçut Wilharius évêque de Sion, le prêtre Fulrad et plusieurs autres prélats, comtes et grands officiers de son frère, parmi lesquels on remarquait surtout Warin et Adalhard (3). Quant à la femme et aux fils de Carloman, ils étaient partis pour l'Italie avec une partie des grands de sa cour. Le roi fit peu d'attention à leur voyage, qu'il regardait comme sans importance. Cette année il

(1) Héristal, sur la Meuse, à 1 lieue N. E. de Liège. Sur ce palais, célèbre sous les rois de la 2^e race, voyez Mabillon, *De re Diplom.*, liv. iv.

(2) Corbény en Laonnais, à 4 lieues S. E. de Laon (Aisne), et non Carbonac dans les Ardennes. Carbonac, indiqué par M. de Sismondi (*His. des Fr.* II, 232), n'a même jamais existé, c'est une erreur du Dictionnaire de Baudrand, 1^{re} édit.

(3) Adalhard, qui fut depuis abbé de Corbie et canonisé, était fils de Bernard, frère naturel du roi Pépin. Il prit sous Louis-le-Débonnaire une grande part aux troubles du royaume. Voy. dans Pertz, I, et dans Bouq. VI, sa Vie par Paschasius Radbertus.

supervacuam patienter (1) tulit. Celebravitque Natalem Domini Attiniaco, et Pascha Haristallio.

DCCLXXII.

Romæ Stephano papa defuncto, Hadrianus in pontificatu successit. Rex vero Karolus, congregato apud Wormaciam generali conventu, Saxoniam bello aggredi statuit, eamque sine mora ingressus, ferro et igne cuncta depopulatus, Æresburgum castrum cepit, idolum quod Irminsul (2) a Saxonibus vocabatur evertit. In cujus destructione cum in eodem loco per triduum moraretur, contigit ut, propter continuam coeli serenitatem exsiccatis omnibus illius loci rivis ac fontibus, aqua ad bibendum inveniri non posset. Sed ne diutius siti confectus laboraret exercitus, divinitus factum creditur, ut quadam die, cum juxta morem tempore meridiano cuncti quiescerent, juxta montem (3), qui castris erat contiguus, tanta vis aquæ in concavo (4) cujusdam torrentis eruperit, ut cuncto exercitui sufficerent. Tum rex, idolo destructo, ad Wisuram fluvium accessit, ibique a Saxonibus duodecim obsides accepit. Inde in Franciam reversus, in villa Haristallio et Natalem Domini et sanctam Paschalis festi solemnitatem (5) celebravit.

(1) Ita habet Pertz, et recte. D. Bouq. *impatienter*.

(2) Cod. Vindobon. 654 : *Irminsula Saxonibus*. Cod. ejusd. biblioth. 990 : *Yrminsul Saxonibus*.

(3) D. Bouq. *prope montem*.

(4) D. Bouq. *aquarum in concavitate*.

(5) D. Bouq. *sanctum Pascha*.

célébra les fêtes de Noël à Attigny et celles de Pâques à Héristal.

772.

Le pape Étienne mourut à Rome et Adrien lui succéda sur le trône pontifical. Cependant le roi Charles, après avoir convoqué à Worms l'assemblée générale, prit la résolution d'aller porter la guerre dans la Saxe. Il l'envahit sans délai, la ravagea par le fer et le feu, s'empara du château d'Éresburg (1), et renversa l'idole que les Saxons nommaient Irminsul (2). Il s'était arrêté depuis trois jours dans ce lieu pour assister à la destruction de l'idole; et comme le beau temps durait sans interruption, il en résulta que les ruisseaux et les sources des environs furent mis à sec, et qu'il devint impossible de trouver à boire. Mais, pour que l'armée ne fût pas davantage tourmentée par la soif, il advint, sans doute par la volonté de Dieu, qu'un jour, sur l'heure de midi, comme tout le monde reposait suivant la coutume, une immense quantité d'eau jaillit dans le lit creux d'un torrent (3), auprès d'une montagne qui touchait au camp, et put suffire aux besoins de toute l'armée. Alors, après avoir détruit l'idole, il s'approcha du Weser, où il reçut des Saxons douze otages. Il revint ensuite dans le pays des Francs, et célébra dans la ville d'Héristal les fêtes de Noël et de Pâques.

(1) Aujourd'hui Stadtberg, petite ville de la régence d'Arnsberg (Prusse), à 6 lieues S. de Paderborn.

(2) Voyez les notes à la fin du volume.

(3) Ce torrent est situé près du bourg d'Oldenbeke, non loin des sources de la Lippe. La fontaine jaillissante porte aujourd'hui le nom de *der Bullerborn*.

DCCLXXIII.

Adrianus papa cum insolentiam Desiderii regis et Langobardorum oppressionem ferre non posset, decrevit ut legationem ad Karolum regem Francorum mitteret, eumque sibi atque Romanis adversus Langobardos opem ferre rogaret (1). Et quia id terreno itinere per Italiam fieri non poterat, eum quem miserat legatum, nomine Petrum, Romæ navem conscendere et Massiliam usque per mare ire, atque inde terreno itinere in Franciam fecit pervenire. Qui cum ad regem in Theodone villa (2), ubi tunc hiemaverat, pervenisset, et ei legationis suæ causam aperuisset, eadem, qua venerat, via Romam regressus (3) est. Rex vero rebus, quæ inter Romanos ac Langobardos gerebantur, diligenti cura pertractatis, bellum sibi contra Langobardos pro defensione Romanorum suscipiendum ratus, cum toto Francorum exercitu Genuam (4), Burgundiæ civitatem, juxta Rhodanum sitam venit. Ibique de bello suscipiendo deliberans, copias quas secum adduxerat divisit, et unam partem cum Bernhardo patruo suo per montem Jovis ire jussit; alteram ipse ducens, per montem Cinisium Italiam intrare contendit. Superatoque Alpium jugo, Desiderium regem frustra sibi resistere conantem citra congressionem (5) fugavit, Ticenoque (6) inclusum obse-

(1) D. Bouq. *decrevit legationem ad K. r. F. mittere, eumque ut sibi atque R. a. L. o. ferret rogare.*

(2) D. Bouq. *Theodonis villa.*

(3) Cod. Vindobon. 990: *reversus est.*

(4) D. Bouq. *Gebennam*; cod. Trevir. *Geneuam civitatem.*

(5) D. Bouq. *congressionem.*

(6) All. *Ticino, Ticinio.*

773.

Le pape Adrien, ne pouvant plus supporter la tyrannie de Didier et des Lombards, résolut d'envoyer vers Charles, roi des Francs, une ambassade, pour prier ce prince de le protéger ainsi que les Romains contre les Lombards. Mais comme il n'était pas possible de faire le voyage par terre en traversant l'Italie, celui qu'il avait chargé de cette mission, le nommé Pierre, s'embarqua à Rome, vint par mer jusqu'à Marseille et gagna ensuite par terre le pays des Francs. Il rencontra le roi à Thionville, où ce prince avait passé l'hiver; et, après lui avoir exposé l'objet de sa mission, il retourna à Rome par le même chemin qu'il avait pris en venant. Le roi réfléchit avec attention sur ce qui se passait entre les Romains et les Lombards, et, persuadé qu'il devait entreprendre la guerre pour protéger les Romains contre leurs oppresseurs, il se rendit avec toutes les forces des Francs à Genève, cité de la Bourgogne, située sur le Rhône. Là, il prit ses mesures pour commencer les hostilités; et après avoir divisé en deux corps les troupes qu'il avait amenées, il donna l'ordre à son oncle Bernard d'en conduire une partie par le Mont-Jou (1), et lui-même, à la tête de l'autre, marcha sur l'Italie par le Mont-Cenis. Les Alpes furent franchies. Le roi Didier fit alors de vains efforts pour résister, il fut mis en fuite, et Charles vint l'assiéger dans la ville de Pavie, où il se renferma. Le siège de cette ville offrait

(1) *Mons Penninus*, *Mons S. Bernhardi major*, aujourd'hui le grand Saint-Bernard. Suivant Eckhart, ce fut le duc Bernard qui donna à cette montagne son nom que l'on a confondu depuis avec celui de saint Bernard, fondateur de l'hospice.

dit, et in oppugnatione civitatis, quia difficilis erat, totum hiberni temporis spatium multa moliendo consumpsit.

DCCLXXIV.

Dum hæc in Italia geruntur, Saxones velut peropportunam de absentia regis nacti occasionem, contiguos sibi Hassorum terminos ferro et igne populantur. Cumque in eo loco qui nunc Frideslar ab incolis nominatur, basilicam a beato Bonifatio martyre dedicatam incendere molirentur, atque hoc efficere casso labore conarentur, immisso sibi divinitus pavore subitaneo, turpi trepidatione confusi, domum fugiendo revertuntur. At rex, dimisso ad obsidionem atque expugnationem Ticeni exercitu, orandi gratia Romam proficiscitur. Et cum, peractis votis, inde ad exercitum fuisset reversus (1), fatigatam longa obsidione civitatem ad deditionem compulit; quam cæteræ civitates secutæ, omnes se regis Francorum potestati (2) subdiderunt. Et rex, subacta et pro tempore ordinata Italia, in Franciam revertitur, captivum ducens Desiderium regem. Nam Adalgisus filius ejus, in quo Langobardi multum spei habere videbantur, desperatis patriæ rebus, relicta Italia in Græciam ad Constantinum imperatorem se contulit, ibique in patriciatu ordine atque honore consenuit. Rex autem domum regressus, priusquam eum Saxones venisse sentirent, tripartitum in eorum regiones misit exercitum, qui

(1) Cod. Trevir. *regressus*.

(2) Ita habet D. Bouq.—Pertz: *omnes se regis ac Francorum potestati*.

tant de difficultés, qu'il força les Francs d'y passer tout l'hiver dans les travaux les plus pénibles.

774.

Tandis que ces choses se passaient en Italie, les Saxons, croyant trouver dans l'absence du roi l'occasion la plus favorable, ravagèrent par le fer et le feu le territoire des Hessois leurs voisins. Comme ils travaillaient à incendier la basilique consacrée par saint Boniface martyr dans le lieu appelé maintenant par les habitants Fritzlar (1), et qu'ils s'épuisaient en vains efforts pour effectuer leur projet, Dieu les frappa d'une terreur panique, et aussitôt, tout tremblants de peur, ils prirent honteusement la fuite pour regagner leur pays.

Cependant le roi laissant son armée au siège de Pavie, vint à Rome faire ses dévotions. A son retour dans son camp, après qu'il eut accompli ses vœux, il força la ville fatiguée d'un long siège à capituler : toutes les autres villes imitèrent cet exemple et se soumirent au roi des Francs. Maître de l'Italie, Charles, après l'avoir provisoirement organisée, revint en France, emmenant captif le roi Didier. Adalgise, fils de ce prince, en qui les Lombards semblaient placer de grandes espérances, regardant les affaires de son pays comme tout à fait désespérées, abandonna l'Italie pour se rendre en Grèce auprès de l'empereur Constantin, et y vieillit dans le rang et les honneurs du patriciat. Cependant, le roi, de retour dans ses états, avant même que les Saxons se fussent doutés de son arrivée, fit envahir

(1) Fritzlar, dans la Hesse électorale, à 5 lieues S. O. de Cassel.

incendiis ac direptionibus cuncta devastans, compluribus etiam Saxonum, qui resistere conati sunt, interfectis, cum ingenti præda regressus est.

[Karolus ab Italia regrediens dedicationem ecclesiæ Sancti Nazarii martyris et translationem corporis ipsius in monasterio nostro Lauresheym celebravit, anno incarnationis Domini DCCLXXIV kal. sept. (1).]

DCCLXXV.

Cum rex in villa Carisiaco hiemaret, consilium iniit, ut perfidam ac foedifragam Saxonum gentem bello aggrederetur, et eo usque perseveraret, dum aut victi christianæ religioni subicerentur (2), aut omnino tollerentur. Habitoque apud Duriam villam generali conventu, Hreno quoque (3) transmissio, cum totis regni viribus Saxoniam petiit, et primo statim impetu Sigiburgum castrum (4), in quo Saxonum præsidium erat, pugnando cepit. Æresburgum aliud castrum à Saxonibus destructum munivit, et in eo Francorum præsidium posuit. Inde ad Wisuram fluvium veniens, in eo loco qui Brunenberg (5) vocatur, congregatam

(1) Hæc verba, uncinis inclusa : *Karolus.... sept.*, quæ apud D. Bouq. et all. edit. leguntur, in textum suum non admisit Pertz, nec in codd. ab eo laudatis reperiuntur.

(2) Ita constanter codices mediæ ævi fere omnes. Editores *subjicere*, *trajicere*, etc., ex suo ingenio receperunt (Pertz).

(3) Cod. Hannover. *Renoque*.

(4) D. Bouq. *Sigiburgum arcem*.

(5) All. *Brunesberc*, *Brunnesberg*.

leur pays par une armée divisée en trois corps. Cette armée porta de tous côtés l'incendie et le pillage, extermina tous ceux qui voulurent résister, et revint avec un immense butin.

[Charles, à son retour d'Italie, avait présidé à la dédicace de l'église de saint Nazaire martyr et à la translation des reliques du saint dans notre monastère de Laurisheim. Cette translation s'effectua l'an de l'incarnation de Notre-Seigneur 774, le jour des calendes de septembre.]

775.

Durant l'hiver qu'il passa dans son domaine de Quierzy, le roi résolut de recommencer la guerre contre les Saxons, nation perfide et infidèle à tous les traités, et de ne déposer les armes qu'après les avoir forcés à se soumettre à la religion chrétienne ou les avoir exterminés.

Il tint donc l'assemblée générale dans la ville de Duren; et, traversant le Rhin, il s'avança vers la Saxe avec toutes les forces de son royaume. Du premier choc, il emporta d'assaut la citadelle de Sigeburg, où les Saxons avaient établi une garnison. Il fortifia ensuite Eresburg, autre château détruit par les Saxons, et le laissa à la garde d'un corps de Francs. Puis arrivant sur les bords du Weser, il attaqua, dans le lieu nommé Brunenberg (1), les Saxons qui s'y étaient rassemblés en masse dans l'intention de lui disputer le passage du fleuve. Mais ils l'essayè-

(1) A 1 lieue S. O. d'Hoxter, *Huxara*, dans la province de Westphalie. Brunenberg, qui devint plus tard un château des abbés de Corbie, était situé sur une montagne escarpée où l'on voit encore des traces de fortifications, de grandes tranchées connues sous le nom de *Sachsengraben*, fosses de Saxons.

Saxonum multitudinem offendit, quæ eum transitu fluminis arcere conabatur. Sed frustra. Nam in prima congressione pulsifugatique sunt et magnus eorum numerus ibidem interfectus est, et (1) rex, amne trajecto, cum parte exercitus ad Ovacrum (2) fluvium contendit, ubi ei Hessi (3), unus e primoribus Saxonum, cum omnibus Ostfalis (4) occurrens, et obsides quos rex imperaverat dedit, et sacramentum fidelitatis juravit. Inde regresso (5), cum in pagum qui Bucki vocatur pervenisset, Angrarii cum suis primoribus occurrerunt, et sicut Ostfali, juxta quod imperaverat, obsides ac sacramenta dederunt (6). Interea pars exercitus quam ad Wisuram dimisit, in eo loco, qui Hlibeki (7) vocatur, castris positus, incaute se agendo (8), Saxonum fraude circumventa atque decepta est. Nam cum pabulatores Francorum circa nonam diei horam reverterentur in castra, Saxones eis, quasi et ipsi eorum socii essent, sese miscuerunt, ac sic Francorum castra ingressi sunt; dormientesque ac semi-somnos adorti (9), non modicam incautæ multitudinis cædem fecisse dicuntur. Sed vigilantium ac viriliter resistentium virtute repulsi (10), castris excesserunt, et ex pacto quod inter eos in tali necessitate fieri po-

(1) Cod. Vindobon. 990 : *Tunc rex.*

(2) All. *Ouacerum, Obacrum.*

(3) D. Bouq. *Hesso*; All. *Hessuinus, Esswinus, Hessumus.*

(4) Pertz : *Ostfalais*, et ita deinceps *Ostfalai, Westfalai.*

(5) Freher. et D. Bouq. *I. reversus.*

(6) Freher. et D. Bouq. *obsides dederunt et sacramenta juraverunt.*

(7) All. *Hudbeki, Hudbechi.*

(8) D. Bouq. cum Freher. et cod. Vindobon. 110 : *incaute agens.*

(9) Freher. et D. Bouq. *dormientesque aggressi.*

(10) D. Bouq. cum Freher. et cod. Trevir. *compulsi.*

rent vainement. Repoussés, et mis en déroute dès la première rencontre, ils perdirent dans ce combat un grand nombre des leurs, et le roi, traversant le Weser, se dirigea vers le fleuve Ocker avec une partie de son armée. Là, Hessi, l'un des principaux chefs des Saxons, vint à sa rencontre avec tous les Ostphaliens, lui livra les otages qu'il avait exigés, et prêta serment de fidélité. Le roi retourna ensuite sur ses pas, et comme il était arrivé dans le pays de Bückeberg (1), les Angariens avec leurs principaux chefs se présentèrent à lui, et, suivant l'exemple des Ostphaliens, ils livrèrent des otages conformément à ses ordres, et prêtèrent serment. Cependant une partie de l'armée, qu'il avait laissée sur les bords du Weser, avait placé son camp dans le lieu que l'on nomme Hlidbek (2). Elle se tint trop peu sur ses gardes, et se laissa surprendre par une ruse des Saxons. Comme les gardiens des troupeaux des Francs revenaient au camp vers la neuvième heure du jour, des Saxons feignirent d'être de leurs compagnons, se mêlèrent à eux et pénétrèrent ainsi dans le camp des Francs; puis ils se jetèrent sur ceux qui dormaient ou qui étaient encore engourdis par le sommeil, et firent, à ce qu'on dit, un assez grand carnage de cette multitude sans prévoyance. Mais repoussés par le courage des soldats qui veillaient et qui leur opposèrent une vigoureuse résistance, ils sortirent du camp, et prenant le seul parti qui fût à leur disposition, ils se retirèrent. Dès que le roi fut instruit de cet événement, il accourut avec toute la cé-

(1) Bückeberg, sur l'Aa, à 3 lieues E. de Minden, dans la province de Westphalie.

(2) Aujourd'hui Lubbeke, à 5 lieues O. de Minden (Prusse).

terat, discesserunt. Quod cum regi fuisset allatum, quanta potuit celeritate accurrens, fugientium terga insecutus, magnam ex eis prostravit multitudinem; et tum demum Westfalorum obsidibus acceptis, ad hiemandum in Franciam (1) revertitur.

DCCLXXVI.

Regi domum revertenti nuntiatur, Hruodgaudum Langobardum, quem ipse Forojuliensibus ducem dederat, in Italia res novas moliri, et jam complures ad eum civitates defecisse. Ad quos motus comprimendos cum sibi festinandum judicaret, strenuissimum quemque (2) suorum secum ducens, raptim Italiam proficiscitur, Hruodgaudoque qui regnum affectabat interfecto, civitatibus quoque, quæ ad eum defecerant, sine dilatione receptis, et in eis Francorum comitibus constitutis, eadem qua venerat velocitate reversus est. Cui vix Alpes transgresso occurrerunt (3), qui nunciarent, Æresburgum castrum (4) a Saxonibus expugnatum, ac præsidium Francorum quod in eo posuerat expulsum; Sigiburgum aliud castellum oppugnatum quidem, sed non captum, eo quod hii qui in eo causa præsidii fuerant constituti, facta eruptione incautos atque oppugnationi intentos Saxones a tergo invaserunt, et plurimis interfectis reliquos non solum oppugnationem dimittere, sed etiam fugere compulerunt, palantesque ac dispersos ad Lippiam (5)

(1) Ita habet D. Bouq. cum Freher. et quatuor codd. Pertz: *in Francia.*

(2) Codd. Hannover. et Vindobon. 110 et 990: *suorum quendam.*

(3) Idem codd. *ocurrerunt ei qui.*

(4) Freher. et D. Bouq. *arcem..... expugnatam.*

(5) All. *Lipiam, Libiam.*

l'érilité possible, se mit à la poursuite des fuyards et en tua un grand nombre. Enfin, après avoir reçu les otages des Westphaliens, il revint passer l'hiver dans le pays des Francs.

776.

Comme le roi rentrait dans ses états, il apprit que le Lombard Rotgaud, qu'il avait donné pour duc aux habitants du Frioul, tentait une révolte en Italie, et que déjà plusieurs villes avaient embrassé son parti. Pensant qu'il lui importait de réprimer promptement cette insurrection, il prit avec lui l'élite de ses troupes et partit en toute hâte pour l'Italie. Rotgaud, qui aspirait à la royauté, ayant été tué, les villes qui s'étaient déclarées pour lui furent reprises sans coup férir; le roi établit dans chacune d'elles des comtes francs, et revint d'Italie aussi vite qu'il y était allé. A peine avait-il traversé les Alpes qu'il rencontra des gens qui venaient lui annoncer que la citadelle d'Eresburg avait été prise par les Saxons et que la garnison qu'il y avait mise en avait été chassée. Un autre château, celui de Sigeburg, avait été également assiégé, mais il n'était pas tombé au pouvoir de l'ennemi. Les troupes formant la garnison firent une sortie, prirent à dos les Saxons, qui, occupés des travaux du siège, ne s'attendaient à rien; et, après en avoir tué un grand nombre, ils forcèrent le reste à lever le siège, et même à prendre la fuite dans le plus grand désordre; puis ils les poursuivirent jusqu'à la Lippe. En apprenant ces nouvelles, le roi résolut, après avoir tenu l'assemblée à Worms, de marcher en toute hâte contre les Saxons. Ayant donc réuni des troupes nombreuses, il arriva en Saxe au lieu qu'il

usque fluvium persecuti sunt. Hæc cum regi allata fuissent (1), conventu apud Wormaciam habito, Saxoniam sine mora statuit cum exercitu esse petendam, contractisque ingentibus copiis (2), tanta celeritate ad destinatum a se in Saxonia locum pervenit, ut omnes hostium conatus, quibus ei resistere parabant (3), illa festinatione præverteret (4). Nam ad fontem Lippiæ veniens, immensam illius perfidi populi multitudinem velut devotam ac supplicem, et quasi erroris sui poeniteret (5), veniam poscentem invenit. Cui cum et misericorditer ignovisset, et eos qui se christianos fieri velle affirmabant, baptizari fecisset, datis et acceptis pro fide servanda fraudulentis eorundem promissionibus, obsidibus quoque quos imperaverat, receptis, Æresburgo castro quod dirutum erat restaurato, alioque castello super Lippiam constructo, et in utroque non modico præsidio relicto, ipse in Galliam reversus, in villa Heristallio hiemavit.

DCCLXXVII.

Rex prima veris aspirante temperie Noviomagum profectus est, et post celebratam ibidem Paschalis festi solemnitatem, propter fraudulentas Saxonum promissiones, quibus fidem habere non poterat, ad locum qui Padrabrun (6) vocatur, generalem populi

(1) Freher. et D. Bouq. *Regi nuntiarentur.*

(2) Idem, *Saxoniam petere statuit, contractisque copiis.*

(3) Idem, *conabantur.*

(4) Codd. Vindobon. 110 et 990 : *perverteret.* Ita habent Freher. et D. Bouq.

(5) Pertz : *et quam erroris sui poeniteret, v. p. i.* — D. Bouq. cum Freher. *ac quasi erroris sui v. p. i.* Ex utraque lectione locum restituimus.

(6) All. *Padrabrunno, Patherbrunno, Padrabunno, Padrabrunna.*

avait désigné, avec une telle vitesse, que tous les efforts que l'ennemi s'apprêtait à lui opposer se trouvèrent paralysés par cette rapidité prodigieuse. En effet, parvenu aux sources de la Lippe, il y trouva une immense multitude de ce peuple perfide, qui, se mettant à sa merci comme des suppliants, semblaient se repentir et lui demander pardon de leurs crimes. Après les avoir traités avec clémence et avoir fait baptiser ceux qui déclarèrent vouloir devenir chrétiens, il accepta les promesses trompeuses qu'ils lui firent d'observer la foi jurée, reçut les otages réclamés par lui; puis, ayant relevé le château d'Eresburg qui avait été détruit, il en construisit un autre sur la Lippe, laissa dans chacun d'eux une forte garnison et s'en retourna en Gaule pour aller passer l'hiver à Héristal.

777.

Le roi, au premier souffle du printemps, partit pour Nimègue, où il célébra les fêtes de Pâques. Ensuite, voyant bien qu'on ne pouvait se fier aux promesses trompeuses des Saxons, il résolut d'aller tenir, dans le lieu nommé Paderborn, l'assemblée générale de son peuple, et se dirigea vers la Saxe à la tête d'une armée considérable. Arrivé dans cette ville, il y trouva rassemblés le sénat et le peuple de cette perfide nation, qui, conformément à ses ordres, s'y étaient rendus, cherchant à le tromper par de faux semblants de soumission et de dévouement. Tous en effet se présentèrent à lui, à l'exception de Witikind, l'un des principaux chefs des Westphaliens, qui, se sentant coupable d'une foule de crimes, et

sui conventum in eo habiturus, cum ingenti exercitu in Saxoniam profectus est. Eo cum venisset, totum perfidæ gentis senatum ac populum, quem ad se venire jusserat, morigerum ac fallaciter sibi devotum invenit. Nam cuncti ad eum venerunt præter Widichindum (1), unum ex primoribus Westfalorum, qui multorum sibi facinorum conscius, et ob id regem veritus, ad Sigifridum Danorum regem profugerat. Cæteri qui venerant, in tantum se regis potestati permisere (2), ut ea conditione tunc veniam accipere mererentur, si ulterius sua statuta violarent, et patria et libertate privarentur. Baptizata est ex eis (3) ibidem maxima multitudo, quæ se, quamvis falso, christianam fieri velle promiserat. Venit in eodem loco ac tempore ad regis præsentiam de Hispania Sarracenus quidam nomine Ibinalarabi (4) cum aliis Sarracenis sociis suis, dedens se ac civitates, quibus eum rex Sarracenorum præfecerat. Idcirco rex, peracto memorato conventu, in Galliam reversus, natalem Domini in Dutciaco (5) villa, Pascha vero in Aquitania apud Cassinoillum (6) celebravit (7).

DCCLXXVIII.

Tunc ex persuasione prædicti Sarraceni spem ca-

(1) All. *Winichindum*, *Windichinum*; Freher. et D. Bouq. *Widichindum*.

(2) D. Bouq. cum Freher. *submisere*.

(3) Cod. Vindobon. 110: *cum eis*.

(4) All. *Ebinalarabi*, *Abenalarabi*.

(5) All. *Ducciaco*, *Duniaco*; D. Bouq. cum Freher. *Dutciã*.

(6) All. *Cassinoildum*, *Cassinogilum*.

(7) Hic Freherus addit: *In qua villa natus est ei filius ex Hildegarde regina, quem ex sacro fonte Hludouicum nominaverunt. Quas voces neque D. Bouq. neque Pertzius admiserunt.*

craignant pour cela la colère du roi, s'était réfugié auprès de Sigefrid roi des Danois. Quant aux autres qui étaient venus à Paderborn, ils se remirent entre les mains du roi avec tant de soumission, qu'ils méritèrent d'obtenir leur grâce, mais à cette condition, toutefois, que, si désormais ils rompaient leurs engagements, ils seraient privés de leur patrie et de leur liberté. Un grand nombre d'entre eux se firent baptiser en cette occasion; mais c'était avec des intentions bien peu sincères qu'ils avaient témoigné vouloir devenir chrétiens.

Vers la même époque, le Sarrasin Ibn-al-Arabi, vint dans cette ville se présenter devant le roi. Il arrivait d'Espagne avec d'autres Sarrasins ses compagnons, pour se donner au roi des Francs avec toutes les villes dont le roi des Sarrasins lui avait confié la garde. Après avoir clos l'assemblée générale dont nous avons parlé, le roi retourna en Gaule, et célébra les fêtes de Noël dans son domaine de Douzy (1), et celles de Pâques à Casseneuil en Aquitaine.

778.

Cette année, le roi cédant aux conseils du Sarrasin Ibn-al-Arabi, et conduit par un espoir fondé de s'emparer de quelques villes en Espagne, rassembla ses troupes et se mit en marche. Il franchit dans le pays des Gascons la cime des Pyrénées, attaqua d'abord Pampelune dans la Navarre, et reçut la soumission de cette ville. Ensuite il

(1) Douzy, à 2 lieues S. E. de Sedan (Ardennes). Casseneuil, dans l'Agenois, à 6 lieues N. d'Agen (Lot-et-Garonne).

piendarum quarundam in Hispania civitatum haud frustra concipiens, congregato exercitu, profectus est, superatoque in regione Wasconum Pyrinei jugo, primo Pompelonem Navarrorum oppidum aggressus, in deditionem accepit. Inde Hiberum amnem vado traiciens, Cæsaraugustam præcipuam illarum partium civitatem accessit, acceptisque quos Ibinalarabi et Abuthaur (1), quosque alii quidam Sarraceni obtulerunt, obsidibus, Pompelonem revertitur. Cujus muros, ne rebellare posset, ad solum usque destruxit, ac regredi statuens, Pyrinei saltum ingressus est. In cujus summitate Wascones insidiis collocatis, extremum agmen adorti, totum exercitum magno tumultu perturbant. Et licet Franci Wasconibus tam armis quam animis præstare viderentur, tamen et iniquitate locorum et genere imparis pugnae inferiores effecti sunt. In hoc certamine plerique aulicorum, quos rex copiis præfecerat, interfecti sunt, direpta impedimenta, et hostis propter notitiam locorum statim in diversa dilapsus est. Cujus vulneris acceptio (2) magnam partem rerum feliciter in Hispania gestarum in corde regis obnubilavit. Interea Saxones, velut occasionem nacti, sumptis armis ad Hrenum usque profecti sunt. Sed cum amnem traicere non possent, quicquid a Diutia civitate usque ad fluentem (3) Mosellæ

(1) All. *Abithaur, Abittahur*.

(2) Codd. Vindobon. 654, Reg. Par. 5924, Hannov. et Vindobonn. 110 et 990 : *vulneris accepti*. — Freherus : *v. accepti dolor*. — D. Bouq. cum Nuenario com. *v. accepti recordatio*. — « Cum hoc loco, ait Pertzius, substantivum desideretur, rejectis Freheri et Nuenarii conjecturis, una o littera addita sensum restituendum censui. »

(3) D. Bouq. cum Nuenar. com. *fluenta*. Freherus : *flumen*.

passa l'Èbre à gué, s'approcha de Saragosse, qui est la principale ville de cette contrée, et après avoir reçu d'Ibn-al-Arabi, d'Abithèner et d'autres chefs sarrasins les otages qu'ils lui offrirent, il revint à Pampelune. Pour mettre cette ville dans l'impuissance de se révolter, il en rasa les murailles, et résolu de revenir dans ses états, il s'engagea dans les gorges des Pyrénées. Les Gascons, qui s'étaient placés en embuscade sur le point le plus élevé de la montagne, attaquèrent l'arrière-garde et jetèrent la plus grande confusion dans toute l'armée. Les Francs, tout en ayant sur les Gascons la supériorité des armes et du courage, furent défaits à cause du désavantage des lieux et du genre de combat qu'ils furent obligés de soutenir (1). La plupart des officiers du palais auxquels le roi avait donné le commandement de ses troupes, périrent dans cette action; les bagages furent pillés, et l'ennemi, favorisé par la connaissance qu'il avait des lieux, se dispersa aussitôt. Ce cruel revers effaça presque entièrement dans le cœur du roi la joie des succès qu'il avait obtenus en Espagne. Cependant les Saxons, comme s'ils eussent voulu profiter de l'occasion, prirent les armes et s'avancèrent jusqu'au Rhin. Mais, n'ayant pu traverser ce fleuve, ils se mirent à ravager, par le fer et le feu, toutes les villes et tous les villages depuis la cité de Duitz (2) jusqu'au confluent de la Moselle. Les églises aussi bien que les maisons furent ruinées de fond en comble. L'ennemi dans sa fureur n'épargnait ni l'âge ni le sexe, voulant montrer par là qu'il avait envahi le territoire des Francs,

(1) Sur cette expédition en Espagne, et sur la défaite de Roncevaux, comparez le chap. ix de la *Vie de Charlemagne*.

(2) Duitz, en face de Cologne, sur la rive droite du Rhin.

vicorum villarumque fuit, ferro et igne depopulati sunt. Pari modo sacra profanaque pessumdata. Nul- lum ætatis aut sexus (1) discrimen ira hostis fecerat, ut liquido appareret, eos non prædandi, sed ultionem exercendi (2) gratia Francorum terminos introisse. Cujus rei nuncium cum rex apud Autisiodorum (3) civitatem accepisset, extemplo Francos orientales at- que Alamannos ad propulsandum hostem festinare jus- sit. Ipse cæteris copiis dimissis, Heristallium villam, in qua hiemare constituerat, venit. At Franci et Ala- manni qui contra Saxones missi erant, magnis itine- ribus ad eos ire contendunt, si forte in finibus suis eos invenire possent. Sed illi, jam re peracta, revertaban- tur ad sua. Quorum vestigia sequuti qui a rege missi fuerunt, in pago Hassiorum super fluvium Adernam iter agentes invenerunt (4), eosque statim in ipso flu- minis vado adorti, tanta strage ceciderunt, ut ex in- genti multitudine ipsorum vix pauci domum fugiendo pervenisse dicantur.

DCCLXXIX.

At rex de Heristallio, ubi hiemaverat et ubi nata- lem Domini ac sanctum Pascha celebraverat, prima veris temperie movens, Compendium venit. Et cum inde, peracto propter quod venerat negotio, rever- tisset, occurrit ei Hildibrandus (5) dux Spolitanus cum

(1) Freher. *sexus aut sacrarum virginum.*

(2) Nuenar. com. *ultionis exercendæ.*

(3) Sic D. Bouq. cum trib. codd. All. *Antesiodorum, Altissio- dorum.*

(4) Nuen. com. *repererunt.*

(5) All. *Hildebrandus, Hiltibrandus.*

non pas pour piller, mais pour se venger. Ce fut dans la cité d'Auxerre que le roi reçut cette nouvelle. Aussitôt il envoya l'ordre aux Francs orientaux et aux Allemands de marcher en toute hâte pour repousser l'ennemi. Quant à lui, ayant congédié le reste de ses troupes, il vint dans la ville d'Héristal, où il avait résolu de passer l'hiver. Cependant les Francs et les Allemands, qui avaient reçu l'ordre de marcher contre les Saxons, s'avancèrent contre eux à grandes journées, dans l'espoir de pouvoir encore les rencontrer sur leurs territoires. Mais les ennemis avaient satisfait leur vengeance, et déjà ils avaient repris la route de leur pays. Les troupes envoyées par le roi se mirent à leur poursuite, et les atteignirent au milieu de leur marche, dans la Hesse près du fleuve Adern. Elles les attaquèrent aussitôt, comme ils passaient le fleuve à gué, et en firent un tel carnage, que de cette immense multitude il resta, dit-on, à peine quelques fuyards qui purent regagner leur pays.

779.

Dès le commencement du printemps, le roi quittant Héristal, où il avait passé l'hiver et célébré les fêtes de Noël et celles de Pâques, se rendit à Compiègne. Comme il revenait de cette ville, après avoir terminé l'affaire qui l'y avait amené, il rencontra à Verzigny (1) Hildebrand, duc de Spolète, qui lui apportait des présents considérables. Il accueillit ce seigneur avec une grande bienveillance, et le renvoya dans son duché, comblé de

(1) Versigny, bourg de l'Ile-de-France, à 6 lieues S. de Compiègne (Oise).

magnis muneribus in villa Wirciniaco. Quem et benigne (1) suscepit, et muneribus donatum in ducatum suum remisit. Ipse animo ad Saxoniam expeditionem intento, Duriam venit, habitoque juxta morem generali conventu, Hrenum in eo loco qui Lippeham (2) vocatur, cum exercitu trajecit. Cui cum Saxones in quodam loco qui Buocholt (3) vocatur, vana spe ducti resistere temptarent, pulsifugatique sunt. Et rex Westfalorum regionem ingressus, omnes eos in deditioem accepit. Inde ad Wisuram veniens, castris positus in loco nomine Midufulli (4), stativa per aliquot dies habuit. Ibi Angrarii (5) et Ostfali venientes, et obsides dederunt, et sacramenta juraverunt. Quibus peractis, rex trans Hrenum ad Wormaciam civitatem in hiberna (6) se recepit.

DCCLXXX.

Inde, cum primum temporis opportunitas arridere visa est, iterum cum magno exercitu Saxoniam profectus est, transiensque per castrum (7) Æresburgum, ad fontem Lippiæ venit, ubi castra metatus, per aliquot dies moratus est. Inde ad orientem itinere converso, ad Ovacrum fluvium accessit. Cui cum ibi omnes orientalium partium Saxones, ut jusserat, occurrissent, maxima eorum multitudo in loco qui

-
- (1) Cod. Trev. et Nuenar. com. *quem benignissime.*
 (2) All. *Lippehan, Lipphean, Lippiam, Lippia.*
 (3) Al. *Bucholt.*
 (4) All. *Medufulli, Nudufulli.*
 (5) All. *Angarii, Angeri*; cod. Trevir. *Ungarii.*
 (6) Freherus: *c. hybernatum.*
 (7) D. Bouq. cum Nuen. comit. *arcem Eresburgum.*

ses dons. Cependant ayant résolu de diriger lui-même une expédition en Saxe, il se rendit à Duren, et après avoir tenu, comme de coutume, l'assemblée générale, il traversa le Rhin et s'avança avec son armée jusqu'au lieu nommé Lippeheim (1). Les Saxons, animés d'un vain espoir, essayèrent de lui résister dans l'endroit nommé Bocholt (2), mais ils furent repoussés et mis en fuite. Le roi étant alors entré sur le territoire des Westphaliens, reçut la soumission de tous ces peuples; puis il s'avança vers le Weser, établit son camp dans le lieu nommé Midfull (3), et y prit quelques jours de repos. Les Angrariens et les Ostphaliens vinrent l'y trouver, donnèrent des otages et lui jurèrent fidélité. Ces choses faites, le roi repassa le Rhin et vint s'établir pour l'hiver dans la cité de Worms.

780.

Dès que la saison parut favorable, le roi quitta cette ville avec une armée considérable pour marcher de nouveau contre les Saxons. Après avoir passé par la forteresse d'Éresburg, il arriva aux sources de la Lippe, où il établit son camp et s'arrêta quelques jours; tournant ensuite vers l'orient, il gagna les bords de l'Ocker. Il y rencontra les habitants de la Saxe orientale, qui s'y étaient rendus en foule, conformément à ses ordres. La plupart d'entre eux, avec cette hypocrisie qui leur était habituelle, se firent baptiser dans le lieu

(1) Au confluent de la Lippe et du Rhin.

(2) Bocholt sur l'Ahe, à 7 lieues N. de Wesel (Westphalie).

(3) Peut-être Mollenbeck, sur la rive gauche du Weser, à 2 lieues N. O. de Rinteln.

Orheim (1) appellatur, solita simulatione baptizata est. Profectus inde ad Albiam, castrisque in eo loco, ubi Ora (2) et Albia confluunt, ad habenda stativa collocatis, tam ad res Saxonum qui citeriorem (3), quam et Sclavorum qui ulteriorem fluminis ripam incolunt, componendas operam impendit. Quibus tunc pro tempore ordinatis atque dispositis, in Franciam reversus est; initoque consilio, orandi ac vota solvendi causa Romam statuit proficisci, sumptisque secum uxore ac liberis, sine mora in Italiam profectus est, celebravitque natalem Domini Ticeni, atque ibi residuum hiemis manendo complevit.

DCCLXXXI.

Inde Romam veniens, honorifice ab Adriano papa susceptus est. Et cum ibi sanctum Pascha celebraret, baptizavit idem pontifex filium ejus Pippinum, unxitque eum in regem. Unxit etiam et Hludowicum fratrem ejus, quibus et coronam imposuit. Quorum major, id est Pippinus, in Langobardia, minor vero, id est Hludowicus, in Aquitania rex constitutus est. Rege vero Roma digresso ac Mediolanum veniente, Thomas ejusdem urbis archiepiscopus (4) baptizavit ibi filiam ejus, nomine Gislam, et de sacro fonte suscepit. Quibus gestis, in Franciam reversus est. Sed cum Romæ

(1) Al. *Horheim*.

(2) Al. *Hora*.

(3) Nuenar. com. et D. Bouq. *exteriorem*.

(4) Nuenar. comes : *episcopus*.

nommé Orheim. Il se dirigea ensuite vers l'Elbe; et ayant choisi, pour placer son camp et prendre quelque repos, le lieu où l'Ohre se jette dans ce fleuve (1), il s'occupa en même temps de régler les affaires des Saxons qui habitent sur la rive citérieure de ce fleuve, et celles des Slaves qui habitent sur la rive ultérieure. Après les avoir mises en ordre et disposées selon l'intérêt présent, il revint en France. Puis ayant formé le projet de se rendre à Rome pour y faire ses dévotions et s'acquitter de ses vœux, il résolut de partir sur-le-champ, et, prenant avec lui sa femme (2) et ses enfants, il se mit en route pour l'Italie. Il célébra à Pavie la naissance du Seigneur et passa dans cette ville le reste de l'hiver.

781.

Il vint ensuite à Rome, où il fut reçu avec de grands honneurs par le pape Adrien. Comme il célébrait la sainte Pâque dans cette ville, le souverain pontife baptisa son fils Pépin et lui donna l'onction royale (3). Il la donna également à Louis, frère de celui-ci, et les couronna tous deux. L'aîné, c'est-à-dire Pépin, fut établi roi de Lombardie, et Louis, le plus jeune, roi d'Aquitaine. Après

(1) Près du lieu où est situé Wolmirstädt, mais en deçà de la rivière, à 2 lieues environ au N. de Magdebourg (Prusse, province de Saxe).

(2) La reine Hildegarde, qui mourut trois ans après, le 30 avril 783.

(3) Pépin, qui, en recevant le baptême, quitta le nom de Carloman pour prendre celui de Pépin, fut baptisé le 15 avril, jour de Pâques, et sacré le lendemain. Né en 776, il avait alors environ six ans. Louis, son frère, né en 778, avant Pâques, et déclaré roi d'Aquitaine dès sa naissance, n'avait encore que trois ans révolus.

esset, convenit inter ipsum atque Adrianum pontificem, ut simul legatos mitterent ad Tassilonem Bajoariæ ducem, qui eum commonerent de sacramento, quod Pippino regi et filiis ejus ac Francis juraverat, scilicet ut subjectus et obediens eis esse deberet (1). Electi ac directi sunt in hanc legationem de parte pontificis Formosus (2) ac Damasus episcopi, et de parte regis Richolfus diaconus atque Eberhardus (3) magister pincernarum. Qui cum, ut jussi erant, cum memorato duce loquuti essent, in tantum cor ejus emollitum est, ut diceret, se statim velle ad regis properare præsentiam, si sibi tales obsides dentur, sub quibus de sua salute dubitare nulla sit necessitas. Quibus datis, sine cunctatione apud Wormaciam ad regem venit, sacramentum quod jubebatur juravit, obsides duodecim qui imperabantur sine mora dedit, quos Sindbertus (4), Reginensis episcopus de Bajoaria, in Carisiaco ad conspectum regis adduxit. Sed idem dux, domum reversus, non diu in ea quam promiserat fide permansit. Rex autem in eadem villa hiemem transiens, et natalem Domini et Pascha eodem in loco celebravit (5).

(1) Ita habet Pertzius et cod. Arman. a D. Bouq. in notis suis laud. Cod. Trevir. *ut subjectus eis esset et obediens*. Nuenar. comes: *ut subjectus esset ac obediens*. D. Bouq. *ut eis s. e. ac o.*

(2) Sic D. Bouq. Freher. et Nuenar. comes, cum codd. Vindobon. 110 et 990. Pertz: *Formonsus*.

(3) All. *Eburhardus, Eberhartus*.

(4) Al. *Sindberdus*; D. Bouq. *Suidbertus*.

(5) Hic Freher. addit: *Hisdem diebus defuncto Guichardo abbate cœnobii Sancti Germani, Robertus in regimine substituitur*.

avoir quitté Rome, le roi se rendit à Milan, où Thomas, évêque de cette ville, baptisa sa fille nommée Gisèle, qu'il tint sur les fonts baptismaux. Cela fait, le roi revint en France; mais, pendant son séjour à Rome, il s'était entendu avec le pape Adrien, pour envoyer, conjointement, des députés à Tassillon, duc de Bavière (1), afin de lui rappeler le serment qu'il avait fait au roi Pépin, à ses fils et aux Francs, de leur être soumis et de les servir avec fidélité. Les personnages choisis pour faire partie de cette ambassade furent, de la part du pape, les évêques Formose et Damase, et, de la part du roi, le diacre Richolf et Éberhard, son grand échanson. Ils parlèrent au duc suivant leurs instructions, et le cœur de celui-ci en fut tellement touché, qu'il déclara que, si on voulait lui donner des otages tels qu'il n'eût rien à craindre pour sa sûreté personnelle, il était prêt à se rendre sur-le-champ en la présence du roi. Après les avoir reçus, il vint aussitôt trouver Charles dans la cité de Worms, prêta le serment qu'on lui demandait, et donna sans retard les douze otages qui furent exigés, et que Sindbert, évêque de Ratisbonne, ramena de Bavière à Quierzy, où il les présenta au roi. Malgré cela, Tassillon, de retour dans ses états, ne garda pas longtemps la foi qu'il avait jurée. Quant au roi, il passa l'hiver à Quierzy, et y célébra les fêtes de Noël et celles de Pâques.

(1) Voyez les notes à la fin du volume.

DCCLXXXII.

Æstatis initio, cum jam propter pabuli copiam exercitus duci poterat, in Saxoniam eundum, et ibi, ut in Francia quotannis solebat, generalem conventum habendum censuit. Trajectoque apud Coloniam Hreno, cum omni Francorum exercitu ad fontem Lippiæ venit, et castris ibi positis, per dies non paucos ibidem moratus est. Ubi inter cætera negotia etiam legatos Sigifridi, regis Danorum, et quos ad se Kaganus et Jugurrus, principes (1) Hunorum, velut pacis causa miserunt, et audivit et absolvit. Cumque conventu completo, trans Hrenum in Galliam se recepisset, Widokindus (2), qui ad Nortmannos profugerat, in patriam reversus, vanis spebus Saxonum animos ad defectionem concitavit. Interea regi allatum (3) est, quod Sorabi Sclavi, qui campos inter Albim et Salam interjacentes incolunt, in fines Thuringorum ac Saxonum, qui eis erant contermini, prædandi causa fuissent ingressi, et direptionibus atque incendiis quædam loca vastassent. Qui, statim accitis ad se tribus ministris suis, Adalgiso camerario (4) et Geilone (5) comite stabuli et Worado comite palatii, præcepit, ut sumptis secum orientalibus Francis atque Saxonibus, contumacium Sclavorum audaciam quanta po-

(1) Cod. Reg. Par. 5924 : *princeps*.

(2) All. *Widochindus, Widoëindus, Widikindus*; et infra : *Windukindus*.

(3) Freher. *nuntiatum est*.

(4) Codd. Hannover. et Vindobon. 110 et 990 : *camerario suo*; Nuenar comes : *cubiculario*.

(5) Cod. Vindobon. 110 : *Gedone*.

782.

Au commencement de l'été, lorsque l'abondance du fourrage permit à l'armée d'entrer en campagne, le roi résolut de la conduire en Saxe, et d'y réunir cette année l'assemblée générale qui, d'habitude, se tenait dans le pays des Francs. Ayant donc passé le Rhin à Cologne, il arriva avec toutes ses troupes aux sources de la Lippe, où il établit son camp et s'arrêta pendant plusieurs jours. Entre autres affaires, ce fut là qu'il entendit et congédia les députés de Sigefrid, roi des Danois, et ceux que lui envoyèrent, comme pour traiter de la paix, le Chagan et l'Igur, chefs des Huns (1). Après avoir clos l'assemblée, il avait repassé le Rhin pour rentrer en Gaule, lorsque Witikind, qui s'était enfui chez les Normands, revint dans son pays, et se mit à exciter les Saxons à la révolte, en les flattant de vaines espérances. Dans le même temps, on annonça au roi que les Slaves Sorabes, qui habitent le pays situé entre l'Elbe et la Sâle, étaient entrés, pour piller, sur le territoire des Thuringiens et des Saxons, dont ils sont limitrophes, et que déjà ils avaient porté en divers lieux le pillage et l'incendie. Ayant donc aussitôt mandé trois de ses officiers, Adalgise son chambellan, Geilon son connétable, et Worad comte du palais, il leur ordonna de prendre avec eux les Francs orientaux et les Saxons, et de réprimer, le plus promptement possible, l'audace des Slaves rebelles. Ceux-ci, étant entrés en Saxe pour exécuter les ordres qu'ils avaient reçus, trou-

(1) Sur le titre de Chagan, auj. *Kan*, *Khâcân* chez les Persans et les Tartares, voy. ci-dessus, p. 42, n. 3. — Sur l'orig. du titre d'*Igur*, *Aigur*, en dialecte du Cathay *défenseur, protecteur*, voy. D'Herbelot, *Biblioth. Orient.*

tuissent celeritate (1) comprimerent. Qui cum jussa facturi Saxoniae fines ingressi fuissent, compererunt Saxones ex consilio Widokindi ad bellum Francis inferendum esse praeparatos (2); omissoque itinere, quo ad Slavos ituri erant, cum orientalium Francorum copiis ad locum, in quo Saxones audierant congregatos, ire contendunt. Quibus in ipsa Saxonia obviam Theodericus (3) comes, propinquus regis, cum his copiis, quas audita Saxonum defectione raptim in Ripuaria (4) congregare potuit. Is festinantibus legatis consilium dedit, ut primo per exploratores, ubi Saxones essent vel quid apud eos ageretur, sub quanta fieri posset (5) celeritate cognoscerent, tum, si loci qualitas pateretur, simul eos adorirentur. Cujus consilio collaudato, una cum illo usque ad montem qui Suntal (6) appellatur, in cujus septentrionali latere Saxonum castra erant posita, pervenerunt. In quo loco cum Theodericus castra posuisset, ipsi, sicut cum eo convenerat (7), quo facilius montem circumire (8) possent, transgressi Wisuram, in ipsa fluminis ripa castra posuerunt. Habitoque inter se colloquio, veriti sunt, ne ad nomen Theoderici victoriae fama transiret, si

(1) Freher. cum cod. Trevir. *quanta possent celer*. Nuenar. comes : *quam celerrime*.

(2) Ita habet Pertzus. — D. Bouq. cum Nuenar. comite et codd. Trevir. et Vindobon. 110 et 990 : *paratos*.

(3) All. *Teodericus*, *Theodericus*.

(4) Ita habet D. Bouq. cum Nuenar. comite et codd. Reg. Paris. 5924 et Trevir. Pertzus autem : *Ribuaria*.

(5) Nuenar. comes : *ageretur quanta possent celeritate*.

(6) All. *Sunttal*, *Sultal*, *Sontal*.

(7) Ita legit Pertzus; plerique codd. et edit. *convenerant*.

(8) Sic habent Nuenar. comes, Freher. et D. Bouq. cum codd. Trevir. et Hannover. Pertzus : *circumire*.

vèrent les Saxons entraînés par les conseils de Witikind, et prêts à commencer la guerre contre les Francs. Ils quittèrent aussitôt la route qu'ils avaient prise pour marcher contre les Slaves, et se dirigèrent en toute hâte, avec les troupes des Francs orientaux, vers le lieu où on leur avait dit que les Saxons étaient rassemblés. Ils furent rejoints, comme ils étaient en Saxe, par le comte Théoderic, l'un des parents du roi, qui, à la nouvelle de la révolte des Saxons, s'était mis en marche avec tout ce qu'il avait pu réunir de troupes dans le pays des Ripuaires. En voyant les mouvements précipités des lieutenants, il leur donna le conseil de s'assurer avant tout, et avec toute la promptitude possible, par des espions, de l'endroit où étaient les Saxons, et de ce qui se passait au milieu d'eux, afin que, si la disposition des lieux s'y prêtait, ils pussent les attaquer avec toutes leurs forces réunies. Les généraux approuvèrent cet avis, et arrivèrent avec Théoderic jusqu'au mont Suntal (1). Le camp des Saxons était placé sur le versant septentrional de cette montagne. Théoderic établit le sien du même côté, et les lieutenants, comme ils en étaient convenus avec lui, afin de pouvoir plus facilement tourner la montagne, restèrent campés sur la rive même du Weser qu'ils avaient traversé (2). Mais, ayant tenu conseil entre eux, ils craignirent de voir tous les honneurs de la victoire attribués au comte Théoderic,

(1) Le mont Suntal, *der Sündel*, *Süntel*, sur la rive droite du Weser, entre Munden et Rinteln (Hesse électorale). Le versant septentrional de cette montagne est encore appelé de nos jours *das Dachtelfeld*, c'est-à-dire *le champ du soufflet*.

(2) C'est-à-dire au pied du versant méridional du mont Suntal, entre cette montagne et le Weser. Pour bien comprendre ce passage, voyez les Cartes.

eum in eodem præliō secum haberent. Ideo sine illo cum Saxonibus congredi decernunt, sumptisque armis, non quasi ad hostem in acie stantem, sed quasi ad fugientium terga insequenda spoliaque diripienda (1), prout quemque velocitas equi sui tulerat, qua Saxones pro castris in acie stabant, unusquisque eorum summa festinatione contendit (2). Quo cum esset male perventum, male etiam pugnatum est; nam, commisso præliō, circumventi a Saxonibus, pene omnes interfecti sunt. Qui tamen evadere potuerunt, non in sua, unde profecti sunt, sed in Theoderici castra, quæ trans montem erant, fugiendo pervenerunt. Sed major Francis quam pro numero jactura fuit, quia legatorum duo, Adalgisus et Geilo, comitum quatuor, aliorumque clarorum atque nobilium usque ad viginti interfecti, præter cæteros, qui hos sequuti, potius cum eis perire quam post eos vivere maluerunt. Cujus rei nuntium cum rex accepisset (3), nihil sibi cunctandum arbitratus, collecto festinanter exercitu, in Saxoniam proficiscitur, accitisque ad se cunctis Saxonum primoribus, de auctoribus factæ defectionis inquisivit. Et cum omnes Widokindum hujus sceleris auctorem proclamarent, eum tamen tradere nequirent, eo quod is re perpetrata ad Nortmannos se contulerat, cæterorum, qui persuasioni ejus morem gerentes tantum facinus peregerunt, usque ad quatuor milia quingenti traditi, et super Alaram (4) flu-

(1) Nuenar. comes : *ad fugientem contendunt. Terga insequi spoliaque diripere.*

(2) Nuenar. comes : *adoriuntur.*

(3) Nuenar. comes : *suscepisset.*

(4) Al. *Alarum.*

s'il prenait avec eux part au même combat. En conséquence, ils résolurent d'attaquer sans lui; et, prenant les armes, ils marchèrent à l'ennemi, non pas comme s'ils eussent eu affaire à des gens préparés à les recevoir, mais comme si déjà il n'eût plus fallu que poursuivre des fuyards, et ramasser leurs dépouilles. Chacun s'abandonna donc à toute la vitesse de son cheval; et ce fut avec cette fureur aveugle qu'ils fondirent sur les Saxons, rangés en bataille devant leur camp. Comme on avait mal attaqué, on combattit mal; lorsqu'on en fut aux prises, les Francs, entourés par les Saxons, furent presque tous exterminés. Ceux qui parvinrent à s'échapper arrivèrent en fuyant, non pas dans le camp d'où ils étaient partis, mais dans celui du comte Théodoric, qui était placé de l'autre côté de la montagne. La perte des Francs fut considérable, moins encore pour le nombre, que pour le rang de ceux qui succombèrent. Les deux lieutenants, Adalgise et Geilon, quatre comtes, et vingt des officiers les plus distingués et les plus nobles de l'armée, perdirent la vie dans cette action, sans compter ceux qui, les ayant suivis, aimèrent mieux périr avec eux que de leur survivre. A la nouvelle de ce désastre, le roi, pensant qu'il n'y avait pas un moment à perdre, se hâta de rassembler une armée et de partir pour la Saxe. Il fit venir devant lui tous les chefs des Saxons, et leur demanda quels étaient les auteurs de la révolte. Tous s'accordèrent à dénoncer Witikind, comme l'auteur de cette trahison. Mais, comme ils ne purent le livrer, parce qu' aussitôt après ce coup de main il s'était réfugié chez les Normands, ceux qui à sa persuasion avaient accompli le crime furent remis, au nombre de quatre mille cinq cents, entre les mains du roi; et par son ordre on leur trancha la

vium, in loco qui Ferdi (1) vocatur, jussu regis omnes una die decollati sunt. Hujusmodi vindicta perpetrata, rex Theodone villa (2) in hiberna concessit, ibique natalem Domini, ibi et Pascha more solito celebravit.

DCCLXXXIII.

Arridente veris temperie, cum ad expeditionem Saxoniam se præparasset (nam de omnimoda eorum defectione ad eum perlatum fuerat) priusquam de memorata villa moveret (3) Hildegardis regina uxor ejus decessit 11. Kal. Maias. Cujus funeri cum more solemni justa persolveret (4), in Saxoniam, sicut dispositum habebat (5), duxit exercitum. Cumque Saxones in eo loco qui Theotmelli vocatur, ad pugnam se præparare comperisset, ad eos quanta potuit (6) celeritate contendit; commissoque cum eis prælio, tanta eos cæde prostravit, ut de innumerabili eorum multitudine perpauci evasisse dicantur. Cumque de loco prælii ad Padrabrun se cum exercitu recepisset, atque ibi castris positus partem exercitus, quæ adhuc de Francia venire debuerat, operiretur, audivit Saxones in finibus Westfalorum super fluvium Hasam ad hoc congregari, ut ibi cum eo, si venisset, acie (7) con-

(1) All. *Ferdia, Fredi*.

(2) Freherus: *in Theodonem villam*. D. Bouq. cum Nuenar comite: *Theodonis villam*.

(3) Ita Pertzius et codd. D. Bouq. cum Nuenar. comite: *se moveret*.

(4) Freher. *persolverat*. D. Bouq. cum Nuenar. comite: *persolvisset*.

(5) Nuenar. comes: *disposuerat*.

(6) Id. *cognovisset, ad eos summa celeritate*.

(7) Nuenar. comes: *acrie*.

tête à tous, le même jour, dans le lieu que l'on nomme Werden, sur le fleuve Aller. Après avoir infligé ce terrible châtiment, le roi se retira à Thionville pour y passer l'hiver, et y célébra, suivant l'usage, les fêtes de Noël et de Pâques.

783.

Au premier souffle du printemps, comme Charles se préparait à marcher contre les Saxons (car la nouvelle de leur défection générale était déjà parvenue jusqu'à lui), et avant qu'il eût quitté Thionville, la reine Hildegarde, sa femme, mourut la veille des calendes de mai. Après lui avoir rendu les derniers devoirs avec la solennité d'usage, il conduisit son armée en Saxe, comme il l'avait résolu; et, ayant appris que les Saxons se préparaient au combat dans le lieu nommé Detmold (1), il marcha contre eux avec la plus grande célérité, leur livra bataille, et en fit un tel carnage, que de cette innombrable multitude, à peine quelques malheureux purent-ils s'échapper. Du champ de bataille, il se rendit avec son armée à Paderborn; et là, après avoir établi son camp, il attendait les troupes qui devaient encore lui venir du pays des Francs, lorsqu'il apprit que les Saxons s'étaient rassemblés sur la Hase (2), près des confins de la Westphalie, dans l'intention, s'il se présentait, de lui livrer bataille. Vivement irrité par cette nouvelle, il réunit les troupes qui venaient d'arriver à celles qu'il avait déjà, partit en toute hâte, attaqua l'ennemi, et combattit avec le même bonheur que la première fois. Les Saxons furent égorgés par milliers; les

(1) Detmold, sur la Verra, aujourd'hui capitale de la principauté de la Lippe.

(2) Près d'Osnabrück.

fligerent. Quo nuntio commotus, adunatis quæ tum ad se venerant, quasque ante secum habebat, Francorum copiis, ad locum ubi (1) congregati erant, sine dilatione profectus est, congressusque cum eis, eadem qua et prius felicitate dimicavit. Cæsa est eorum infinita multitudo, spoliaque direpta, captivorum quoque magnus abductus est numerus. Inde victor ad orientem iter convertit, primoque usque ad Wisuram, deinde usque ad Albiam (2) cuncta devastando peragravit. Inde reversus in Franciam, duxit uxorem filiam Radolfi (3) comitis natione Francam, nomine Fastradam, ex qua duas filias procreavit. Eodem anno defuncta est bonæ memoriæ mater regis Berhtrada iv. Id. Jul. Ipse in Heristallio villa ibidem hiematurus consedit, ibique natalem Domini ac sanctum Pascha celebravit.

DCCLXXXIV.

Cum primum oportunitas temporis advenit, ad reliquias belli Saxonici conficiendas rex animo intento, cum exercitu in loco qui Lippeham (4) vocatur, Hrenum trajecit (5), et vastatis Westfalorum pagis, venit ad Wisuram. Cumque in eo loco qui Huculbi dicitur, castris super fluvium positus consedisset, vidit se in aquilonales Saxoniae partes, sicut statuerat, propter nimias aquarum inundationes, quæ tum (6) subito ex

(1) Sic Pertz. et D. Bouq. — Freherus : *quo*.

(2) D. Bouq. *Albim*.

(3) All. *Radulfi, Radoldi, Ruodolfi*.

(4) All. *Lippeam, Lippia, Lippeheim*.

(5) Codd. Vindobon. 110 et 990 : *transivit*.

(6) Nuenar. comes : *tam subito*.

Françs firent un riche butin , et emmenèrent en esclavage un grand nombre de prisonniers. De là, le vainqueur dirigeant sa marche vers l'orient, s'avança d'abord jusqu'au Weser, puis jusqu'à l'Elbe, en ravageant tout sur son passage.

Cela fait, il revint en France, où il épousa la fille du comte Radolphe, qui était Franque de nation, et se nommait Fastrade. De ce mariage, sont nées deux filles. Cette même année, le 4 des ides de juillet, mourut la mère du roi, Berthe, d'heureuse mémoire. Lui-même s'arrêta dans son domaine d'Héristal pour y passer l'hiver, et ce fut là qu'il célébra la naissance du Seigneur et la sainte Pâque.

784.

Lorsque la saison fut devenue favorable, le roi, voulant mettre fin à la guerre contre les Saxons, traversa le Rhin avec son armée, dans le lieu nommé Lippeheim; et, après avoir ravagé le pays des Westphaliens, il s'avança jusqu'au Weser. Il s'y arrêta; et quand il eut assis son camp sur les bords du fleuve, dans l'endroit appelé Hackelève (1), il vit qu'il ne pouvait pas pénétrer, comme il l'avait résolu, dans la Saxe septentrionale, à cause des grandes inondations survenues à la suite de pluies continuelles. Il tourna alors du côté de la Thuringe, et ordonna à son fils Charles d'occuper, avec une partie

(1) C'est aujourd'hui la petite ville de Pertershagen, à 3 lieues N. E. de Minden (Prusse).

jugitate pluviarum acciderant, transire non posse. Idcirco iter in Thuringiam convertit, et filium suum Karolum cum parte exercitus in Westfalorum finibus sedere (1) jussit. Ipse per Thuringiam iter faciens (2), venit in campestria Saxoniae, quae Albi atque Salae fluminibus adjacent, depopulatisque orientalium Saxonum agris ac villis incensis, de Scahningi (3) — hoc loco nomen erat — (4) in Franciam regressus est. Karolus vero filius ejus, cum ei iter agenti in pago Draigni (5) juxta Lippiam fluvium Saxonum occurrisset exercitus, commisso cum eis equestri praelio, felici ac prospero eventu dimicavit; nam magno eorum numero interfecto, caeteris (6) in diversa fugatis, victor ad patrem Wormaciam reversus est. Rex autem, congregato iterum exercitu, in Saxoniam profectus est, celebratoque in castris natalicio Domini die super Ambram fluvium in pago Huettage (7) juxta castrum Saxonum quod dicitur Skidroborg (8), ad locum vocabulo Rimi (9), in quo Wisura et Waharna confluunt, populabundus accessit. Cumque eum ulterius progredi tam hiemalis temporis asperitas quam aquarum inundatio prohiberet, Æresburgum castrum in hiberna concessit.

(1) Nuenar. comes : *subsistere*.

(2) Freherus : *iter agens*.

(3) All. *Scaningi, Scanigni, Schaningi, Schaninge*.

(4) Hæ voces, inter parenthesim inclusæ, desunt apud D. Bouq. Hic Freherus habet : *hoc enim erat nomen loci*.

(5) Freherus : *Daigno*.

(6) Nuenar. comes : *exteris*.

(7) Cod. Vindobon. 990 : *Wettage*.

(8) All. *Kidroborg, Skridoburg, Dekidoburg*.

(9) Freherus : *Rum*.

de l'armée, les frontières des Westphaliens. Quant à lui, prenant sa route par la Thuringe, il arriva dans les plaines de la Saxe, qui s'étendent le long de l'Elbe et de la Sâle ; puis, après avoir ravagé tout le territoire des Saxons orientaux, et brûlé leurs villes, il partit de Schönningen (1) — c'est ainsi que ce lieu se nommait alors —, pour revenir dans le pays des Francs. De son côté, Charles, son fils, rencontra dans sa route, près de Draigni (2) sur la Lippe, l'armée des Saxons. Il eut avec eux un engagement de cavalerie, et remporta un succès complet. Il en tua un grand nombre, dispersa les autres, et revint victorieux trouver son père à Worms. Cependant le roi, après avoir de nouveau rassemblé son armée, repartit pour la Saxe, célébra le jour de la naissance du Seigneur dans son camp, au pays d'Huettagoe sur l'Ems (3), près du château saxon que l'on appelle Skidroburg (4), puis il s'avança, en ravageant tout sur son passage, vers Rinn, situé au confluent du Weser et de la Werne. Et comme la rigueur de la saison, non moins que les inondations, l'empêchaient de pousser plus avant, il s'arrêta, pour y passer l'hiver, dans la forteresse d'Éresburg.

(1) Schönningen, à 2 lieues S. de Helmstadt, dans le duché de Brunswick.

(2) On n'est pas d'accord sur la situation de ce lieu. Eckhart, I, 692, dit qu'il était probablement placé dans les environs de la ville actuelle de *Dreinsteinvort*, qui en aurait tiré son nom. Sismondi, II, 298, l'appelle *Druvenick*. Pertz, dans ses notes, indique, d'après Salkes (*Tradit. Corbei.*, p. 318 et 319), *Hertfeld*, *Lisborn*, *Werne* et même *Cappenberg*.

(3) Ce pays comprenait les comtés de Pymont et de Schwalenberg, et les territoires adjacents.

(4) Scheider, sur l'Emmer, *Ambra*, au N. de Paderborn, dans la principauté de Schauenbourg-Lippe.

DCCLXXXV.

Cum ibi hiemare decrevisset, accitis atque adductis ad se uxore ac liberis, relictoque (1) cum eis in eodem castro (2) satis fido ac firmo præsidio, ipse cum expedita manu ad Saxonum pagos vastandos ac villas diripiendas egressus, inquietam satis hiemem, ubique discurrendo et cuncta cædibus atque incendiis permiscendo, tam per se ipsum, quam per duces quos miserat, Saxonibus reddidit. Cumque hujus modi vastationibus per totum hiberni temporis spatium omnes fere Saxonum regiones ingenti clade affecisset, transacta tandem hieme et advectis (3) ex Francia comitatibus, publicum populi sui conventum in loco qui Padrabrun vocatur, more solemnibus habuit. Ac peractis his, quæ ad illius conventus rationem pertinebant, in pagum vocabulo Bardengoo (4) proficiscitur, ibique audiens Widokindum ac (5) Abbionem esse in transalbiana Saxonum regione, primo eis per Saxones, ut omnia perfidia ad suam fidem venire non ambigerent, suadere cœpit. Cumque ipsi, facinorum suorum sibi conscii, regis fidei se committere dubitarent, tandem accepta ab eo, quam optabant, impunitatis sponcione, atque impetratis, quos sibi dari precabantur,

(1) Nuenar. comes : *reducto*.

(2) D. Bouq. cum Nuenar. comite : *in eadem arce*. — Freherus : *intra eadem castra*.

(3) Freherus : *adductis*.

(4) All. *Bardengo, Bardengoum, Bardengau*.

(5) « *Ad omnes præter Nuenarium qui et legit; ad Abbionem loco apud Abbionem dici posse non videtur, quare ac recipiendum statui. Poeta etiam Saxo aut ac aut et legisse videtur* » (Pertz). — Hic habet D. Bouquet : *Widokindum et Albionem*.

785.

Résolu d'y demeurer toute la mauvaise saison, il y fit venir sa femme et ses enfants, puis, ayant confié la garde de cette citadelle à une garnison forte et dévouée, il sortit avec des troupes légères pour ravager le territoire des Saxons et piller leurs villes. Aussi furent-ils inquiétés tout l'hiver par les excursions des Francs, qui, sous les ordres du roi ou des généraux qu'il envoyait à sa place, portaient partout le carnage et l'incendie. Tant que dura l'hiver, il ne cessa de ravager ainsi, de la manière la plus désastreuse, presque tout le territoire des Saxons. Au retour du printemps, lorsqu'il eut reçu les convois qu'on lui envoyait de France, il tint à Paderborn, avec la solennité accoutumée, l'assemblée générale de la nation. Après avoir terminé les affaires qui devaient se traiter dans cette assemblée, il partit pour le Bardengaw (1); et là, ayant appris que Witi-kind et Abbion se tenaient dans la partie de la Saxe située de l'autre côté de l'Elbe, il leur envoya des messagers saxons, pour les déterminer à renoncer à leur perfidie et à venir sans hésiter se placer sous sa sauvegarde. Ceux-ci, qui avaient la conscience de leurs crimes, n'osaient pas, d'abord, s'en remettre à la clémence du roi; mais ayant obtenu de lui la promesse d'impunité qu'ils désiraient, et, de plus, les otages qu'ils sollicitaient pour

(1) Le Bardengaw, *Bardegavensium provincia* (Eckhart, I, 697) : pays qui entourait la ville, alors considérable, de Bardewick, située sur l'Ihnenau, à 2 lieues O. de Lunebourg. Mais cette ville fut rasée en 1189 par Henri-le-Lion, et elle n'est plus aujourd'hui qu'un bourg sans importance du duché de Lunebourg (Hanovre).

suæ salutis obsidibus, quos eis Amalwinus, unus aulicorum, a rege missus adduxerat, cum eodem ipso ad ejus præsentiam in Attiniaco villa venerunt, atque ibi baptizati sunt. Nam rex, postquam ad eos accersendos (1) memoratum Amalwinum direxit, in Franciam reversus est; quævitque illa Saxonicæ perfidiæ pervicacitas (2) per annos aliquot, ob hoc maxime, quoniam occasiones deficiendi ad rem pertinentes invenire non potuerunt. Facta est eodem anno trans Hrenum apud orientales Francos adversus regem immodica conjuratio, cujus auctorem Hardradum comitem fuisse constabat. Sed hujus indicium cito ad regem delatum est, ejusque solertia tam valida conspiratio citra ullum grande periculum in brevi conquievit, auctoribus ejus partim privatione luminum, partim exilii deportatione (3) condemnatis.

DCCLXXXVI.

Cum et hiemis tempus expletum, et sanctum Pascha in Attiniaco villa fuisset a rege celebratum, exercitum in Britanniam cismarinam mittere constituit. Nam cum ab Anglis ac Saxonibus Britannia insula fuisset invasa (4), magna pars incolarum ejus mare traiciens, in ultimis Galliæ finibus Venetorum et Coriosolitarum regiones occupavit. Is populus a regibus Franco-

(1) Ita habet D. Bouq. cum Freher. et Nuenar. comite. Pertz : *accersendos*.

(2) Cod. Reg. Par. 5924 : *perversitas*.

(3) Nuenar. com. *exilii pœna*.

(4) Cod. Vindobon. 990 : *nam ab Anglis et Saxonibus cum Britannia insula occupata fuisset*.

garants de leur sûreté, et que leur amena de la part du roi Amalwin, l'un des officiers de sa cour, ils vinrent avec ce seigneur se présenter au roi dans son palais d'Attigny, et là, ils reçurent le baptême. En effet, Charles, après leur avoir envoyé Amalwin, qui devait les ramener, était lui-même retourné dans le pays des Francs. L'opiniâtre perfidie des Saxons sommeilla pendant quelques années, mais ce fut surtout parce qu'ils ne purent trouver d'occasion favorable pour se révolter de nouveau. Cette même année, il se forma contre le roi, au delà du Rhin, chez les Francs orientaux, une formidable conspiration (1). Le comte Hardrad fut reconnu pour en être l'auteur. Mais le roi fut aussitôt informé de ce mouvement; et, en peu de temps, grâce à son habileté, il sut étouffer ce complot redoutable, sans même que sa personne eût couru de grands dangers. Les coupables furent punis, les uns par la perte de la vue, les autres par l'exil.

786.

Après avoir passé l'hiver et célébré la sainte fête de Pâques dans le palais d'Attigny, le roi résolut d'envoyer une armée dans la Bretagne d'en deçà de la mer. Lorsque l'île de Bretagne avait été envahie par les Angles et les Saxons, une grande partie de ses habitants, traversant la mer, étaient venus s'établir à l'extrémité de la Gaule, dans le pays des Venètes et des Curiosolites (2). Depuis, ce peuple, dompté et rendu tributaire par les rois Francs, s'était soumis,

(1) Voyez sur cette conspiration le chap. xx de la *Vie de Charlemagne*.

(2) Sur cette invasion de la Gaule armoricaine par les Bretons, voyez le récit identique de l'ancien auteur de la *Vie de S. Wengualoe*, cité par D. Bouq. dans ses notes, V, 207, note x.

rum subactus ac tributarius factus, impositum sibi vectigal, licet invitus, solvere solebat. Cumque eo tempore dicto audiens non esset, missus illuc regiæ mensæ præpositus Audulfus, perfidæ gentis contumaciam mira celeritate compressit, regique apud Wormaciam et obsides quos acceperat, et complures ex populi primoribus adduxit. Rex, pace undique parta, statuit Romam proficisci, et partem Italiæ, quæ nunc Beneventus (1) vocatur, aggredi, conveniens esse arbitratus, ut illius regni residuam portionem suæ potestati subiceret, cujus caput in capto Desiderio rege, majoremque partem in Langobardia jam subacta tenebat. Nec diu moratus, sed contractis celeriter Francorum copiis, in ipsa hiemalis temporis asperitate Italiam ingreditur. Cumque in Florentia Tuscorum civitate natalem Domini celebrasset, quanta potuit (2) celeritate, Romam ire contendit. Quo cum venisset, ac de perfectione sua in Beneventum tam cum Adriano pontifice quam cum suis optimatibus deliberasset, Aragisus, dux Beneventanorum, audito ejus adventu compertaque in terram suam intrandi voluntate, propositum ejus avertere conatus est. Misso enim Rumoaldo (3), majore filio suo, cum muneribus ad regem, rogare coepit, ne terram Beneventanorum intraret. Sed ille longe aliter de rebus inchoatis faciendum sibi judicans, retento secum Rumoaldo, cum omni exercitu suo Capuam Campaniæ civitatem accessit, ibique cas-

(1) Ita habet Pertz, cum cod. Arman. a D. Bouq. in notis laudato. Hic autem D. Bouq., cum Nuenar. comite, in textu legit : *in qua Beneventum situm est.*

(2) Nuenar. comes : *cum maxima celeritate.*

(3) All. Rumoldo, Rumuldo, Runoldo.

bien qu'à contre-cœur, à payer la redevance qui lui avait été imposée. Mais, vers cette époque, il refusa de le faire, et Andulf, chef de la table du roi (1), fut envoyé contre les rebelles; il réprima, avec une merveilleuse promptitude, l'audace de cette nation perfide, et amena à Worms, devant le roi, les otages qu'il avait reçus, et plusieurs Bretons des premières familles. Le roi, ayant tout pacifié, résolut de partir pour Rome et d'attaquer la contrée de l'Italie qui porte aujourd'hui le nom de Bénévent, persuadé qu'il devait réduire en son pouvoir le reste d'un royaume dont il possédait la capitale depuis la captivité du roi Didier, et dont la plus grande partie lui était acquise par tout ce qu'il avait déjà soumis dans la Lombardie. Sans plus tarder, il rassembla toutes les forces des Francs, et entra en Italie en plein hiver. Ce fut à Florence, capitale de la Toscane, qu'il célébra la naissance du Seigneur; puis, en toute hâte, il continua sa route vers Rome. Arrivé dans cette ville, comme il délibérait avec le pape Adrien et les principaux chefs de son armée sur l'expédition qu'il avait résolu d'entreprendre contre Bénévent, Aréghis, duc des Bénéventins, informé de son arrivée et de ses projets de conquête, fit tous ses efforts pour l'en détourner. Il lui envoya Rumoald, son fils aîné, avec des présents, pour le supplier de ne pas envahir ses états. Mais le roi, n'étant nullement d'avis de renoncer ainsi à une entreprise qu'il avait déjà commencée, retint auprès de lui Rumoald, et s'approcha avec toutes ses forces de Capoue, ville de la Campanie. Il y

(1) Les annales de Fulde et Sigebert lui donnent le titre de sénéchal, *senescalcus*; Reginon, celui de chef des cuisiniers, *princeps cocorum*. Cette dignité s'est continuée jusqu'à la fin du xv^e siècle sous le titre de *grant queux de France*, et jusqu'à nos jours sous celui de maître d'hôtel du roi. Voyez Ducange au mot *coquus*.

tris positis consedit, inde bellum gesturus (1), ni memoratus dux intentionem regis salubri consilio prævenisset. Nam relicta Benevento, quæ caput illius terræ habetur, in Salernum, maritimam civitatem, velut munitiorem, se cum suis contulit, missaque legatione, utrosque filios suos regi obtulit, promittens, se ad omnia quæ imperarentur libenter obediturum. Cujus precibus rex annuens, divini etiam timoris respectu, bello abstinuit, et minore ducis filio, nomine Grimoaldo, obsidatus gratia (2) suscepto, majorem patri remisit. Accepit insuper a populo obsides undecim, misitque legatos, qui et ipsum ducem et omnem Beneventanum populum per sacramenta firmarent (3). Ipse post hæc cum legatis Constantini imperatoris, qui propter petendam filiam suam ad se missi fuerant, locutus est, atque illis dimissis Romam reversus, sanctum Paschale festum (4) magna cum hilaritate celebravit.

DCCLXXXVII.

Cum rex adhuc Romæ ageret (5), Tassilo, dux Bajoriæ, misit legatos suos, Arnum videlicet episcopum et Hunricum (6) abbatem, ad Adrianum papam, pe-

(1) D. Bouq. cum Nuenar. com. *bellum aggressurus.*

(2) D. Bouq. cum Nuenar. com. *obsidis loco.*

(3) *Iid. obstringerent.*

(4) *Iid. sanctum Pascha.*

(5) D. Bouq. cum Nuenar. comite et codd. Trevir. et Vindobon. 110: *esset.* Cod. Vindob. 990: *permaneret.*

(6) All. *Hunrichum, Heinricum, Hainricum.*

assit son camp; et, dans cette position, il attendait le moment favorable pour commencer la guerre, si le duc Aréghis ne l'eût prévenu en prenant une sage détermination. Il abandonna Bénévent, que l'on regarde comme la capitale du pays, et se retira avec les siens à Salerne, ville maritime et mieux fortifiée; puis, envoyant au roi une ambassade, il lui offrit ses deux fils en otages, et promit d'obéir, de son plein gré, à tous les ordres qu'il lui donnerait. Le roi, touché de ses prières, et craignant d'ailleurs d'offenser Dieu, s'abstint de la guerre, et reçut en otage Grimoald, le plus jeune des fils d'Aréghis, à la place de Rumoald, l'aîné, qu'il lui renvoya. Il reçut aussi des Bénéventins onze otages, et envoya des commissaires pour consolider le traité, en faisant prêter le serment de fidélité au duc lui-même et à toute la nation. Puis, il entama en personne les conférences avec les ambassadeurs de l'empereur Constantin, qui étaient venus lui demander sa fille en mariage; et, après les avoir congédiés, il retourna à Rome, où il célébra la sainte fête de Pâques en grande allégresse.

787.

Tandis que Charles était encore à Rome, Tassillon, duc des Bavares (1), envoya l'évêque Arnon (2) et l'abbé Hunrich (3), comme ambassadeurs, vers le pape Adrien, pour le prier de vouloir bien être le médiateur de la paix

(1) Sur Tassillon et ses démêlés avec Charlemagne, voy. le chap. XI de la *Vie de Charlemagne*, et les additions à la fin du volume.

(2) Arnon, archevêque de Saltzbourg.

(3) Henri, abbé du monastère de Mondsee (*Manseense monast.*), alors en Bavière, aujourd'hui en Autriche, à 7 lieues E. de Saltzbourg.

tens ut inter regem atque illum mediator pacis fieri dignaretur. Nec pontifex precibus ejus censuit abnuendum, sed quanta potuit instantia (1) apud regem intercedere curavit, ut inter eos pax et concordia ex suæ apostolicæ auctoritatis admonitione atque interventione proveniret. Cui cum rex idem se magnopere velle respondisset, simulque a legatis memorati ducis inquireret, quam (2) hujus pacationis firmitatem facere deberent, responderunt, sibi de hac re nihil esse commissum, nec se de hoc negotio aliud facturos, quam ut responsa regis atque pontificis domino suo reportarent. Quorum verbis papa commotus, velut fallaces ac fraudulentos anathematis gladio statuit feriendos, si ab olim regi promissa fide discederent, atque ita, infecto pacis negotio, reversi sunt. Rex autem, adoratis sanctorum apostolorum liminibus votisque solutis, apostolica benedictione percepta, in Franciam reversus est. Et cum uxorem suam Fastradam filiosque ac filias et omnem comitatum, quem apud eos dimiserat, Wormaciæ invenisset, generalem populi sui conventum ibi habere statuit. In quo cum omnia, quæ in Italia gesserat, coram optimatibus suis narrando commemorasset, et ad extremum de legatis Tassilonis, qui ad se Romæ venerant, mentio facta fuisset, iniit consilium ut experiretur, quid Tassilo de promissa sibi fidelitate facere (3) vellet; congregatoque ingenti exercitu atque in tres partes diviso,

(1) D. Bouq. cum Nuenar. comite : *sed sedula admodum instantia.*

(2) D. Bouq. cum eodem : *quando h. pacis.* Cod. Trevir. et Vindobon. 110 : *quam h. pacis.*

(3) D. Bouq. cum Nuenar. comite et cod. Trevir. q. T. *de promissa fide præstare vellet.*

entre le roi et lui. Le pontife ne crut pas devoir repousser sa demande ; il s'empessa, au contraire, de faire les plus vives instances auprès du roi, afin de rétablir, par le crédit et l'intervention de son autorité apostolique, la paix et la concorde entre ce prince et Tassillon. Le roi répondit qu'il y consentait de grand cœur, et demanda aux députés de Tassillon quelles garanties ils comptaient lui offrir pour appuyer leurs propositions de paix. Mais ceux-ci répondirent qu'ils n'avaient aucune instruction à cet égard, et qu'ils ne pouvaient faire autre chose que de rapporter à leur maître la réponse du roi et celle du pontife. Irrité d'une telle réponse, et les soupçonnant coupables de fraude et de perfidie, Adrien résolut de les frapper du glaive de l'anathème, si jamais ils manquaient au serment de fidélité qui, déjà auparavant, avait été prêté entre les mains du roi. Ils s'en retournèrent donc, laissant en suspens toute la négociation. Quant au roi, après avoir adoré les tombeaux des saints, accompli ses vœux et reçu la bénédiction apostolique, il s'en revint en France. Ayant rencontré à Worms la reine Fastrade, ses fils, ses filles et toute la cour qu'il avait laissée auprès de sa famille, il résolut de tenir dans cette ville l'assemblée générale de son peuple. Il exposa, dans cette assemblée, en présence des grands du royaume, tout ce qu'il venait de faire en Italie, parla, en terminant, de l'ambassade envoyée à Rome par Tassillon, et résolut d'éprouver comment le duc de Bavière voudrait agir après les promesses de fidélité qu'il lui avait faites. Il rassembla donc une armée nombreuse, en forma trois divisions, et se prépara à marcher sur la Bavière. En conséquence, il ordonna à son fils Pépin de se rendre, avec les troupes italiennes, dans la vallée de Trente. Les Francs orientaux et les Saxons durent

Bajoariam (1) petere constituit. Cumque Pippinum filium cum Italicis copiis in Tredentinam vallem venire jussisset, orientales quoque Franci ac Saxones, ut jussi fuerant, ad Danubium in loco qui Pferinga (2) vocatur accessissent, ipse cum exercitu quem secum duxerat, super Lechum fluvium, qui Alamannos et Bajoarios dividit (3), in Augustæ civitatis suburbano consedit, inde Bajoariam cum tam valida manu procul dubio petiturus, nisi Tassilo sibi ac populo suo ad regem veniendo consuleret. Nam videns se undique circumsessum, venit supplex, ac veniam de ante gestis sibi dari deprecatus est. Sed et rex, sicut erat natura mitissimus, supplici ac deprecanti pepercit, acceptisque ab eo, præter filium ejus Theodonem, aliis, quos ipse imperavit (4), duodecim obsidibus, et populo terræ per sacramenta firmato, in Franciam reversus est. Et in suburbano Mogontiacense, in villa quæ vocatur Ingelheim, quia ibi hiemaverat, et Natalem Domini et Pascha celebravit.

DCCLXXXVIII.

Cum in eadem villa generalem populi sui rex conventum fieri decrevisset, ac Tassilonem ducem, sicut et cæteros vassos suos, in eodem conventu adesse jussisset, atque ille, ut ei fuerat imperatum, ad regis

(1) Nuenar. comes et D. Bouq. *Bajoariam atque ipsum Tassilonem.*

(2) All. *Feringa, Pfetringa.*

(3) Ita habet D. Bouq. cum Nuenar. comite et cod. Trevir. — Pertz, cum cæteris codd. *dirimit.*

(4) *Quos ipse imperavit* deest apud D. Bouq. et Nuenar. comitem.

marcher vers le Danube, jusqu'au lieu nommé Pferinga (1), et lui-même, avec le corps d'armée dont il s'était réservé le commandement, s'étant avancé jusqu'au Lech, fleuve qui sépare les Allemands des Bavarois (2), s'arrêta dans le faubourg de la ville d'Augsbourg. C'était de là qu'il se préparait à envahir la Bavière avec toutes ses forces, si Tassillon n'eût pourvu à son salut et à celui de son peuple en venant trouver le roi. Quand il se vit entouré de toutes parts, ce prince vint en suppliant demander grâce pour ses actions passées. Le roi, suivant sa clémence naturelle, se rendit à ses supplications et à ses prières; il reçut de lui, outre son fils Théodon, douze otages qu'il exigea, et après s'être assuré des habitants du pays par un serment de fidélité, il revint en France; et ce fut sur le territoire de Mayence, dans son domaine d'Ingelheim, où il passa l'hiver, qu'il célébra la fête de Noël et celle de Pâques.

788.

Le roi résolut de tenir cette année à Ingelheim l'assemblée générale de la nation, et donna ordre au duc Tassillon, comme à ses autres vassaux, de s'y rendre. Le duc, s'étant présenté devant le roi, conformément aux ordres qu'il avait reçus, fut accusé par les Bavarois du crime de lèse-majesté. Ils déclarèrent que Tassillon, après avoir

(1) Aujourd'hui Phöring ou Pföring, au-dessous d'Ingoldstadt, dans le cercle de la Regen (Bavière).

(2) En prenant ces dispositions, Charlemagne attaquait la Bavière par le midi, le nord et l'est.

præsentiam pervenisset, crimine majestatis (1) a Bajoariis accusatus est. Objiciebant (2) ei, quod postquam filium suum obsidem regi dederat, suadente conjuge sua Liutberga (3), quæ filia Desiderii regis Langobardorum fuit, et post patris exilium Francis inimicissima semper extitit, in adversitatem regis, et ut bellum contra Francos susciperent, Hunorum gentem concitaret (4). Quod verum fuisse, rerum in eodem anno gestarum probavit eventus. Objiciebantur ei et alia complura et dicta et facta, quæ non nisi ab inimico et irato vel fieri vel proferri poterant, quorum ne unum quidem infitari coepit. Sed noxæ convictus, uno omnium assensu ut majestatis reus capitali sententia damnatus est. Sed clementia regis licet morti addictum liberare curavit. Nam mutato habitu in monasterium missus est, ubi tam religiose vixit, quam libenter (5) intravit. Similiter et Theodo, filius ejus, tonsus et monasticæ conversationi mancipatus est. Bajoarii quoque, qui perfidiæ ac fraudis eorum conscii et consentanei fuisse reperti sunt (6), exilio per diversa loca relegabantur. Huni vero, sicut Tassiloni promiserant (7), duobus exercitibus comparatis, uno marchiam (8) Forojuliensem, altero Bajoariam aggressi

(1) D. Bouq. cum Nuenar. comite : *crimine læsæ majestatis* : et sic infra.

(2) Freher. *objicientibus ei*.

(3) All. *Litberga, Liuthurga, Lutberga, Luitburga, Luitkarda*.

(4) Ita D. Bouq. Pertz et alii. — Freherus : *concitarat*.

(5) D. Bouq. cum Nuenar. comite : *libens*.

(6) *Idem* : *fuisse perhibebantur*. Cod. Trevir. *fuisse perhibentur*.

(7) Sic D. Bouq. cum Nuenar. comite et cod. Trevir. — Pertz : *promiserunt*.

(8) Pertz : *marcam*. Freher. *marcham*.

livré son fils en otage, avait cédé aux instigations de sa femme Luitberge, fille de Didier roi des Lombards, qui était restée l'ennemie jurée des Francs depuis l'exil de son père, et qu'il s'était efforcé, pour nuire au roi, d'exciter la nation des Huns à entreprendre une guerre contre les Francs. Et en effet, dans la même année, l'événement prouva combien était fondée cette accusation. Ils le chargeaient encore de plusieurs actions et paroles qui ne pouvaient provenir que d'un ennemi furieux, et dont il n'essaya pas même de réfuter une seule. Convaincu de trahison, il fut donc, d'un consentement unanime, condamné à la peine capitale comme coupable du crime de lèse-majesté. Mais la clémence du roi prit soin, malgré cette condamnation, de l'arracher à la mort : Tassillon quitta l'habit séculier, et fut envoyé dans un monastère (1), où il vécut avec autant de dévotion qu'il avait montré de bonne volonté pour y entrer. Son fils Théodon fut également tonsuré et condamné à la vie monastique ; et ceux des Bavares qui furent convaincus d'avoir été les confidents ou les complices des perfides menées de leur duc, furent envoyés en exil en divers lieux. Cependant les Huns, comme ils l'avaient promis à Tassillon, rassemblèrent deux armées qui vinrent attaquer, l'une la marche du Frioul, l'autre la Bavière ; mais en vain. Des deux côtés, vaincus et mis en fuite, ce ne fut qu'après avoir

(1) On n'est pas bien d'accord sur le nom de ce monastère. Eckhart, *Comment. de reb. Franc. orientalis*, I, 726, après avoir exposé les indications données par les Annales Nazariennes avec celles que l'on trouve dans la *Vie de Charlemagne* par le moine d'Angoulême, les concilie en disant que Tassillon, après avoir été tonsuré par l'abbé de Prum dans le monastère de Saint-Goar (sur le Rhin, près de Coblenz), fut transféré avec son fils dans le monastère de Fulde.

sunt; sed frustra. Nam in utroque loco victi fugatique sunt, et multis suorum amissis, cum magno damno ad loca sua se receperunt. Quam injuriam velut vindicaturi, iterum Bajoariam majoribus copiis petierunt, sed in prima congressione (1) pulsati a Bajoariis, et innumera multitudo eorum caesa, multi etiam ex eis, qui per fugam evadere conati, Danubium tranare voluerunt (2), gurgitibus fluminis absorpti sunt.

Interea Constantinus imperator propter negatam sibi regis filiam iratus, Theodorum patricium, Siciliae praefectum, cum aliis ducibus suis fines Beneventanorum vastare jussit. Qui cum imperata exsequerentur, Grimoldus (3) qui eodem anno post mortem patris dux Beneventanis a rege datus est, et Hildibrandus (4), dux Spolitinarum, cum copiis quas congregare potuerunt, in Calabria eis occurrerunt, habentes secum legatum regis Winigisum, qui postea in ducatu Spolitino Hildibrando successit. Commissoque praelio, immodicam ex eis multitudinem ceciderunt, ac sine suo suorumque gravi dispendio victores facti, magnum captivorum ac spoliorum numerum in sua castra retulerunt. Rex autem in Bajoariam profectus, eandem provinciam cum suis terminis ordinavit atque disposuit, atque inde regressus, in Aquisgrani palatio suo, ubi hiemaverat, et diem Domini natalitium sanctumque Pascha more solemni celebravit.

(1) D. Bouq. cum Nuenar. comite : *in primo congressu.*

(2) Nuenar. comes : *noluerunt.* Quod sensu caret.

(3) Al. *Grimoldus.*

(4) Al. *Hildebrandus.*

perdu beaucoup de monde et essuyé de grands désastres qu'ils purent regagner leur pays. Croyant venger leur défaite, ils attaquèrent de nouveau la Bavière avec des troupes plus nombreuses : mais dès le premier engagement, repoussés par les Bavares, ils furent égorgés par milliers ; et parmi ceux qui cherchèrent leur salut dans la fuite il y en eut beaucoup qui, en voulant passer le Danube à la nage, trouvèrent la mort dans les gouffres du fleuve.

Sur ces entrefaites, l'empereur Constantin, irrité de ce que le roi avait refusé de lui donner sa fille en mariage (1), ordonna au patrice Théodore, préfet de Sicile, et aux autres ducs de cette province, de ravager les frontières des Bénéventins. Comme ils exécutaient les ordres qui leur avaient été donnés, Grimoald, qui cette même année, après la mort de son père, avait été nommé par le roi duc de Bénévent, et Hildebrand, duc de Spolète, avec les troupes qu'ils purent rassembler, marchèrent contre l'ennemi dans la Calabre, accompagnés d'un lieutenant du roi, Winigise, qui plus tard succéda à Hildebrand dans le duché de Spolète. Dans le combat qui fut livré, l'ennemi laissa sur le champ de bataille une multitude des siens, tandis que les Francs, vainqueurs sans avoir éprouvé de grandes pertes, ramenèrent dans leur camp un grand nombre de captifs et un riche butin. Cependant, le roi étant allé en Bavière, fixa les limites et régla l'administration de cette province, puis il revint passer l'hiver à son palais d'Aix, où il célébra, suivant l'usage, les solennités de Noël et de Pâques.

(1) Rotrude, avec laquelle il avait été fiancé en 781. Voy. pag. 65, not. 2.

DCCLXXXIX.

Natio quædam Sclavorum (1) est in Germania, sedens super littus Oceani, quæ propria lingua Welatabi, francica autem Wiltzi vocatur. Ea Francis semper inimica, et vicinos suos, qui Francis vel subjecti vel foederati erant, odiis insectari, belloque premere ac lacescere solebat. Cujus insolentiam rex longius (2) sibi non ferendam ratus, bello eam aggredi statuit, comparatoque ingenti exercitu, Hrenum apud Coloniam trajecit. Inde per Saxoniam iter agens, cum ad Albiam pervenisset, castris in ripa positis, amnem duobus pontibus junxit, quorum unum ex utroque capite vallo munivit, et imposito præsidio firmavit. Ipse, fluvio transito, quo constituerat exercitum duxit, ingressusque Wiltzorum terram, cuncta ferro et igne vastari jussit. Sed gens illa, quamvis bellicosa et in sua numerositate confidens, impetum exercitus regii diu sustinere non valuit, ac proinde, cum primum civitatem Dragawiti (3) ventum est — nam is cæteris Wilt-

(1) Ita habet Freherus, cum codd. Hanover. et Vindobon. 110 et 990. D. Bouq. cum Nuenar. comite: *Sclavonorum*. Pertz: *Sclavenorum*.

(2) Freherus: *diutius*.

(3) Hic habet Nuenar. comes, et cum eo Freherus et D. Bouquet. *in civitatem Dragawiti ventum est, Wiltzan, nam is ceteris Wiltzorum....* Sed perperam evidenter, uti ostendit vir eximii acuminis Pertzus in notis suis de hoc loco exagitato dicens: « Vocem *Wiltzan*, « theotiscam vocabuli *Wiltzorum* versionem, huic a scriba aliquo in « Nuenarii codice superpositam, editoris vitio in textum irrepsisse, « eo confidentius contendam, quod in nullo eam codice offenderim; « quod si in Trevirensi forte legatur, vitium certe antiquius foret, « sed eodem modo cœpisse constaret. Ceterum omnia criticorum historicorumve argumenta loco hucusque corrupto superstructa, vera « lectione codicum auctoritate restituta, concidunt. » Videsis e contra not. gall.

789.

Il y a en Germanie une nation slave, établie sur les bords de l'Océan, qui se désigne elle-même par le nom de Welatabes, et que les Francs nomment Wiltzes (1). Cette nation a toujours été l'ennemie de la nation franque, et elle ne cessait de poursuivre de sa haine, d'opprimer et de harceler par des guerres continuelles tous ceux de ses voisins qui étaient les sujets ou les alliés des Francs. Le roi, décidé à ne pas supporter plus longtemps une telle insolence, résolut de leur faire la guerre, et rassemblant une armée formidable, il traversa le Rhin à Cologne. De là, prenant son chemin par la Saxe, il s'avança jusqu'à l'Elbe, et après avoir placé son camp sur les bords de ce fleuve, il en unit les rives par deux ponts. L'un de ces ponts fut garni de retranchements à ses deux extrémités, et il en confia la garde à une forte garnison. Quant à lui, après avoir traversé le fleuve, il conduisit son armée où il voulait aller, entra sur le territoire des Wiltzes, et ordonna de tout ravager par le fer et le feu. Mais cette nation, quoiqu'elle fût belliqueuse et pleine de confiance dans le nombre de ses guerriers, ne put résister longtemps aux attaques de l'armée royale; et quand on approcha de la cité qui appartenait à Dragwit (2), ce prince qui

(1) Voyez le chap. xii de la *Vie de Charlemagne*, et la note 2, page 39.

(2) Malgré l'opinion d'Eckhart, adoptée par la plupart des éditeurs, et l'ingénieux commentaire qu'il donne sur ce passage (*Comment. Franc. orient.* I, 754 et 755), nous avons suivi sans hésiter la leçon de M. Pertz. Il suffit, en effet, pour se convaincre que Draugwit indique ici un nom d'homme et pas un nom de ville, de rapprocher ce passage d'Eginhard du texte des *Annales de Lorsch* (ann. 789): *Tunc Carolus rex iterum per Saxoniam pervenit usque ad Sclavos qui dicun-*

zorum regulis et nobilitate generis et auctoritate senectutis longe præeminebat — extemplo cum omnibus suis ad regem de civitate processit, obsides qui imperabantur dedit, fidem se regi ac Francis servaturum jurejurando promisit. Quem cæteri Sclavorum primores ac reguli omnes secuti, se regis ditioni subdiderunt. Tum ille, subacto illo populo et obsidibus quos dare jusserat acceptis, eadem via qua venerat ad Albim regressus est, et exercitu per pontem reducto, rebus quoque ad Saxones pertinentibus secundum tempus dispositis, in Franciam reversus est, et in Wormacia civitate et Natalem Domini et Pascha celebravit.

DCCXC.

Hoc anno nullum iter exercitale a rege factum (1); sed in Wormacia residens, legatos Hunorum et audivit, et suos vicissim ad eorum principes misit. Agebatur inter eos de confiniis (2) regnorum suorum, quibus in locis esse deberent. Hæc contentio atque altercatio, belli, quod postea cum Hunis gestum est, seminarium et origo fuit. Rex autem, ne quasi per otium torpere ac tempus terere videretur, per Moenum fluvium ad Saltz (3), palatium suum in Germania juxta Salam fluvium constructum, navigavit, atque inde iterum per eundem amnem secunda aqua Wormaciam reversus est. Cumque ibi hiemaret, ipsum palatium in quo conversabatur, casu accidente, nocturno in-

(1) D. Bouq. cum Nuenar. com. hoc anno nulla expeditio a r. facta est.

(2) Freherus : de confinibus.

(3) All. Salz, Salzt, Salac.

par la noblesse de son origine et l'autorité de son grand âge tenait le premier rang parmi les chefs des Wiltzes, sortit sur-le-champ de la ville avec tous les siens, pour venir vers le roi, livra les otages qui lui furent demandés, et promit, sous serment, fidélité au roi et à la nation franque. Les autres chefs et princes des Wiltzes suivirent son exemple, et firent tous leur soumission. Après avoir ainsi dompté cette nation et reçu les otages qu'il avait exigés, Charles retourna vers l'Elbe par le même chemin et fit repasser le pont à son armée; puis ayant réglé convenablement les affaires de la Saxe, il rentra dans le pays des Francs, et célébra à Worms les fêtes de Noël et de Pâques.

790.

Cette année, le roi n'entreprit aucune expédition militaire; il fit sa résidence à Worms, où il reçut les députés des Huns, et envoya à son tour une ambassade vers leurs chefs. Il s'agissait de déterminer entre eux les frontières de leurs états respectifs. Les discussions qui s'élevèrent à ce sujet furent le germe et l'origine de la guerre qu'il fit ensuite aux Huns. Mais le roi, ne voulant point paraître s'engourdir ni perdre son temps dans l'oisiveté, s'embarqua sur le Mein, qu'il remonta jusqu'à son palais de Saltz (1), situé en Germanie sur les bords de

tur Wiltzi et venerunt reges terræ illius cum rege eorum TRAGWITO; et de cet autre passage des Annales allemandes (même année): Karolus rex cum exercitu Francorum perrexit in Sclavos in Wilcia et conquistavit ipsam patriam cum ipso rege nomine TRAGOWIT. (Pertz, I, 34 et 44.)

(1) Ce château était situé dans une île, près des sources de la Sâle,

condio concrematum est. Ibi tamen permanens, et Natalem Domini et Pascha more solemniter celebravit (1).

DCCXCI.

Transacta verni temperie (2), circa æstatis initium, rex de Wormacia movens, Bajoariam profectus est, ea meditatione (3), ut Hunis factorum suorum vicem redderet, et eis, quanto celerius (4) posset, bellum inferret. Comparatis igitur ad hoc ex omni regno suo quam validissimis copiis, et comitatibus congregatis (5), bipartito exercitu iter agere cœpit. Cujus partem Theodorico comiti et Meginfrido camerario (6) suo committens, eos per aquilonalem Danubii ripam iter agere jussit. Ipse cum alia parte quam secum retinuit, australem ejusdem fluminis ripam Pannoniam petiturus occupavit, Bajoariis cum comitatibus exercitus, qui navibus devehebantur, per Danubium secunda aqua descendere jussit. Ac sic inchoato itinere, prima castra super Anesum (7) posita sunt; nam is fluvius inter Bajoariorum atque Hunorum terminos medius currens, certus duorum regnorum limes habe-

(1) D. Bouq. cum Nuenar. comite : *et sanctum Pascha celebravit.*

(2) Idem : *Transacto vere.*

(3) Codd. Hannov. et Vindobon. 110 et 990 : *ea conditione.*

(4) Nuenar. comes et D. Bouq. *quam primum.*

(5) *Congregatis* deest apud eosd. et in cod. Trevir.

(6) Idem : *cubiculario.*

(7) Al. *Anisum.*

la Sâle, puis il revint en suivant le cours du même fleuve qu'il descendit jusqu'à Worms. Comme il passait l'hiver dans cette ville, le palais qu'il habitait fut consumé en une nuit par un incendie fortuit. Cependant il continua de résider à Worms, et y célébra, avec les solennités d'usage, les fêtes de Noël et de Pâques.

791.

cum præda quam in Abodritis capere potuerunt, et ipsi domum regressi sunt. Godofridus vero, priusquam reverteretur, destructo emporio, quod, in Oceani littore constitutum, lingua Danorum Reric dicebatur, et magnam regno illius commoditatem vectigalium persolutione præstabat, translatisque inde negotiatoribus, soluta classe, ad portum, qui Sliesthorp (1) dicitur, cum universo exercitu venit. Ibi per aliquot dies moratus, limitem regni sui qui Saxoniam respicit, vallo munire constituit, eo modo, ut ab orientali maris sinu, quem illi Ostarsalt (2) dicunt, usque ad occidentalem Oceanum totam Ægidoræ fluminis aquilonalem ripam munimentum valli prætexeret, una tantum porta dimissa (3), per quam carra et equites emitti et recipi potuissent: diviso itaque opere inter duces copiarum, domum reversus est. Interea rex Nordanhumbro- rum (4) de Britannia insula, nomine Eardulf (5), regno et patria pulsus, ad imperatorem, dum adhuc Noviomagi moraretur, venit; et patefacto adventus sui negotio, Romam proficiscitur, Romaque rediens, per legatos Romani pontificis et domni imperatoris in regnum suum reducit. Præerat tunc temporis Ecclesiæ romanæ Leo tertius, cujus legatus ad Britanniam direc-

(1) All. *Suesthorp, Sliesthorph, Siliestorph, Sliestorff, Fliesthorp, Liesthor, Slieswic.*

(2) All. *Ostharsalt, Orstalsat, Ostersaltus, Ostersalt, Lestarhsalt.* Riginonis *Chronic. Hosarsalet.*

(3) Codd. *Hanover. et Vindobonn. 110 et. 990: uno tantum portu dimisso per quem.*

(4) All. *Nordidanhumbro- rum, Nordhumbro- rum, Nordanimbro- rum, Northanimbro- rum, Nordanumbro- rum, Norddanhumbro- rum.*

(5) All. *Earduf, Eardulfus.*

ils rentrèrent aussi chez eux avec tout le butin qu'ils avaient pu faire sur les Abodrites. Cependant Godefrid, avant de se retirer, détruisit un port marchand nommé en langue danoise Rerich, qui était situé sur les côtes de l'Océan (1), et qui procurait à ses états de grands avantages par les droits considérables qu'il rapportait. Il en emmena tous les marchands; puis, mettant à la voile, il aborda avec toute son armée dans le port nommé Sliesthorp. Après y être demeuré quelques jours, il résolut d'entourer d'un retranchement toute la frontière de son royaume qui regarde la Saxe, de telle sorte qu'à partir du bras de mer oriental qu'ils appellent Ostarsalt (2) jusqu'à l'Océan occidental, toute la rive nord de l'Eyder (3) dut se trouver garnie d'une enceinte, dans laquelle il ne réserva qu'une seule porte pour que les chariots et les cavaliers pussent entrer et sortir. Après avoir réparti le travail entre les chefs de ses troupes, il revint dans son palais. Vers la même époque le roi des Northumbriens de Bretagne, nommé Eardulf, chassé de son royaume et de son pays, vint trouver l'empereur lorsqu'il était encore à Nimègue, et après l'avoir instruit du motif de son arrivée, il se rendit à Rome. Au retour, il fut accompagné par les envoyés du souverain pontife et par ceux de l'empereur, qui le recon-

(1) Dans la Wagrie (duché de Holstein), suivant Eckhart. Rorich, près de Wismar, sur la Baltique (grand-duché de Mecklembourg-Schwerin), suivant Gebhard, *Hist. Daniæ*, p. 381.

(2) Ostsee.

(3) Telle est, suivant Eckhart, l'origine du nom de ce fleuve, qui auparavant s'appelait *Dena*, et qui prit alors le nom d'*Heggedora*, c'est-à-dire *fluvius portæ indaginis*, par corruption *Egidora*, et en allemand *Eyder*. Les immenses travaux exécutés par Godefrid laissèrent des traces durables. Eckhart, qui les visita au commencement du siècle dernier (en 1711), en parle avec admiration. Ils sont encore connus dans le pays sous le nom de *Danewerc*. Voy Eckh. II, 54.

tus est Ardulfus (1) diaconus de ipsa Britannia, natione Saxo, et cum eo ab imperatore (2) missi abbates duo Hrotfridus (3) notarius et Nantharius (4) abbas de Sancto Audemaro (5). Imperator vero ædificatis per legatos suos super Albim fluvium duobus castellis, præsidioque in eis contra Sclavorum incursiones disposito, Aquisgrani hiemavit, Natalemque Domini et sanctum Pascha ibidem celebravit.

DCCCIX.

Classis de Constantinopoli missa primo Dalmatiam deinde Venetiam appulit; cumque ibi hiemaret, pars ejus Comiacum insulam accessit, commissoque prælio contra præsidium quod in ea dispositum erat, victa atque fugata Venetiam recessit. Dux autem qui classi præerat, nomine Paulus, cum de pace inter Francos et Græcos constituenda, quasi sibi hoc esset injunctum, apud Pippinum Italiæ regem agere moliretur, Willero (6) et Beato Venetiæ ducibus omnes inchoatus ejus impredientibus, atque ipsi etiam insidias pa-

(1) All. *Aldulfus*, *Addulfus*. Nuenar. comes : *Adolphus*.

(2) Codd. Vindobonn. 654, 110 et 990 : *ad imperatorem*. Ita habet Nuen. comes.

(3) All. *Ruotfridus*, *Hortfridus*, *Rotfridus*, *Rutfridus*, *Hruotfridus*.

(4) Al. *Nantarius*. Cod. Trevir. *Mantarius*. Cod. Vindobon. 990 : *Mancharius*.

(5) Cod. Trevir. *de S. Otmaro*. Nuen. comes : *Othmaro*.

(6) Pertz : *Wilhareno*. Nuen. comes : *Wilharo*.

duisirent dans ses états. Léon III gouvernait alors l'Église romaine. L'ambassadeur qu'il envoya en Bretagne fut le diacre Ardulf, qui lui-même était né dans cette île et d'origine saxonne. Les ambassadeurs que l'empereur envoya en même temps furent deux abbés, Rotfrid, son notaire (1), et Nantharius, abbé de Saint-Omer. Cependant l'empereur, après avoir fait élever par ses lieutenants deux châteaux sur les bords de l'Elbe et y avoir établi des garnisons contre les incursions des Slaves, alla passer l'hiver à Aix-la-Chapelle. Il y célébra la naissance du Seigneur et les fêtes de Pâques.

809.

La flotte envoyée de Constantinople toucha d'abord en Dalmatie, et de là à Venise. Tandis qu'elle y passait l'hiver, un détachement de quelques vaisseaux se rendit à l'île de Comacchio, engagea un combat avec la garnison qui défendait cette île, mais fut vaincu et forcé de regagner Venise. Cependant Paul, le commandant de cette flotte, comme s'il en eût reçu l'ordre, se mit à faire des démarches auprès de Pépin, roi d'Italie, pour conclure la paix entre les Francs et les Grecs; mais lorsqu'il vit que Willers et Béat, ducs de Venise, s'opposaient à tous ses efforts, et qu'ils s'apprêtaient même à lui tendre des embûches, il ne douta plus de leurs mauvais desseins, et se retira. En même temps, dans la partie occidentale de l'empire, Louis, roi d'Aquitaine, entra en Espagne à la tête d'une armée, et mit le siège devant Tortose, ville située sur les bords de l'Èbre (2). Il l'assiégea pendant quelque temps; mais

(1) Abbé de Saint-Amand.

(2) En Catalogne, sur la rive gauche de l'Èbre.

rantibus, cognita illorum fraude, discessit. At in occiduis partibus (1), domnus Hludowicus rex cum exercitu Hispaniam ingressus, Dertosam civitatem in ripa Hiberi (2) fluminis sitam obsedit, consumptoque in oppugnatione illius aliquanto tempore, postquam eam tam cito capi non posse vidit, dimissa obsidione, cum incolumi exercitu in Aquitaniam se recepit. Postquam Ardulfus rex Nordanhumbrorum reductus est in regnum suum, et legati imperatoris atque pontificis reversi sunt, unus ex eis, Ardulfus videlicet diaconus, a piratis captus est, cæteris sine periculo traicientibus, ductusque ab eis in Britanniam, a quodam Coenulfi regis homine redemptus est, Romamque reversus. In Tuscia Populonium, civitas maritima, a Græcis, qui Orobiotæ (3) vocantur, deprædata est. Mauri quoque de Hispania Corsicam ingressi, in ipso sancto Paschali sabbato civitatem quamdam diripuerunt, et præter episcopum ac paucos senes atque infirmos nihil in ea reliquerunt. Interea Godofridus rex Danorum per negotiatores quosdam mandavit, se audisse, quod imperator ei fuisset iratus, pro eo quod in Abodritos anno superiore duxit exercitum, et suas ultus est injurias, addens velle se purgare ab eo quod ei objiciebatur; fœderis irruptionem ab illis primo (4) fuisse inchoatam. Petebat etiam, ut conventus comitum imperatoris atque suorum juxta terminos regni sui trans Albim

(1) Nuenar. comes : *occiduis regionibus*.

(2) All. *Hiberis, Iberi*.

(3) i. e. *Ὀροβιῶται*. Sic Nuenar. com.

(4) Codd. Vindobon. 654, Reg. Paris. 5924, Trevir. et Amberg. tresque codd. Annalium Lauriss. *ab illo primis*. — Codd. Hannov. Vindobonn. 110 et 990 : *ab eis primum*. — D. Bouq. *ab illo primitus*.

voyant qu'il ne pourrait s'en emparer de sitôt, il renonça à son entreprise et ramena en Aquitaine son armée saine et sauve. Après avoir rétabli dans ses états Eardulf, roi des Northumbriens, les envoyés de l'empereur et du pape s'en retournèrent. Ceux de l'empereur firent le trajet sans accident, mais le diacre Ardulf fut pris par des pirates et conduit en Bretagne. Racheté par un homme du roi Cénulf, il revint ensuite à Rome. En Toscane, la ville maritime de Populonium (1) fut pillée par les Grecs que l'on nomme Orobiotes (2). Des Maures venus d'Espagne abordèrent en Corse, et, le samedi même de la sainte semaine de Pâques, ils y ravagèrent une ville et n'y laissèrent que l'évêque et quelques vieillards infirmes. Cependant Godefrid, roi des Danois, fit dire par des marchands qu'ayant appris que l'empereur était irrité contre lui, parce que l'année précédente il avait conduit une armée contre les Abodrites et vengé sa propre offense, il voulait se justifier de l'accusation dont il était l'objet, ajoutant que c'étaient eux qui les premiers avaient rompu les traités. Il demandait en outre qu'une assemblée de comtes délégués par l'empereur et par lui se tint au delà de l'Elbe, sur les limites de ses états, et que dans cette assemblée on exposât ce qui avait été fait de part et d'autre, ainsi que les griefs à réparer. L'empereur ne rejeta point cette proposition; et une conférence avec les

(1) Cette ville fut bientôt après entièrement détruite par le général grec Nicéas. On en voit encore les ruines près du village de Porto-Barrato, sur la côte en face de l'île d'Elbe, à 1 lieue à l'O. de Piombino.

(2) *Οροβιῶται*, c'est-à-dire habitants des montagnes. C'étaient, suivant Eckhart, des montagnards de la Calabre et de la Sicile.

fieret, in quo res invicem gestæ proferri et emendatione digna inter partes enumerari (1) potuissent. Non abnuvit imperator; colloquiumque trans Albiam habitum cum primoribus Danorum, in loco qui dicitur Badenflot (2), multisque hinc et inde prolatis atque enumeratis rebus, negotio penitus infecto, discessum est. Thrasco vero, dux Abodritorum, postquam filium suum postulanti Godofrido obsidem dederat, collecta popularium manu, et auxilio a Saxonibus accepto, vicinos suos Wiltzos aggressus, agros eorum ferro et igne vastat (3), regressusque domum cum ingenti præda, accepto iterum a Saxonibus validiori auxilio, Smeldingorum maximam civitatem expugnat, atque his successibus omnes qui ab eo defecerant, ad suam societatem reverti coegit. His ita gestis, imperator de Arduenna Aquas reversus, mense novembrio concilium habuit de processione Spiritus Sancti, quam quæstionem Johannes quidam monachus Hierosolymis primo commovit; cujus definiendæ causa Bernharius (4) episcopus Wormacensis et Adalhardus (5) abbas monasterii Corbeie Romam ad Leonem papam missi sunt. Agitatum est etiam in eodem concilio de statu ecclesiarum et conversatione eorum qui in eis Deo servire dicuntur, nec aliquid tamen definitum est propter rerum, ut videbatur, magnitudinem.

(1) Freher. *emendari*, Ita Annal. Bertin. et unus e codd. Lauriss.

(2) Ita legit Pertz cum plerisque codd. — Cod. Vindobon. 110: *Badensflioth*. Amberg. *Batensfliot*. Nuenar. comes: *Badensfliet*. — Ann. Loisel., S. Bertini et Engolism. *Melac*.

(3) Codd. Hannov. et Vindobonn. 110 et 990: *vastavit*.

(4) All. *Bernarius*, *Bernardus*, *Bernhartus*.

(5) All. *Adalradus*, *Adelhardus*, *Alahardus*.

chefs danois fut ouverte à Badenflot (1), lieu situé au delà de l'Elbe. Des deux côtés on avança, on énuméra beaucoup de choses, et l'on se sépara sans rien conclure. Cependant Thrasicon, duc des Abodrites, après avoir livré son fils en otage à Godefrid qui le demandait, rassembla un corps de troupes de sa nation, et, soutenu par les Saxons, entra sur le territoire des Wiltzes, ses voisins, qu'il ravagea par le fer et le feu. Revenu chez lui avec un immense butin, il profita d'un secours encore plus considérable que lui envoyèrent les Saxons, pour s'emparer de la principale ville des Smeldinges (2), et forcer ainsi par ces succès tous ceux qui s'étaient séparés de lui à revenir à son alliance. Pendant que cela se passait, l'empereur étant revenu des Ardennes à Aix-la-Chapelle, y tint un concile au mois de novembre sur la procession du Saint-Esprit. Cette question avait été soulevée pour la première fois par un certain Jean, moine de Jérusalem. Pour la décider, Bernaire, évêque de Worms, et Adalhard, abbé du monastère de Corbie, furent envoyés à Rome vers le pape Léon. On conféra dans le même concile de l'état des églises et de la vie de ceux qui font profession de se consacrer, dans leur sein, au service de Dieu. Mais il paraît que l'importance de la matière empêcha de rien décider.

(1) Les Annales de Loisel, celles de Saint-Bertin et les Annales d'Angoulême appellent ce lieu *Melac*. Eckhart, II, 54, pense qu'il faut lire *Badenflot*, et que cette ville est celle qui porte aujourd'hui le nom de *Padenstede*, sur la rive gauche de l'Éyder, non loin de Neumunster (Danemark).

(2) Cette ville, qu'Éginhard ne nomme pas, est appelée *Connoburg* par la Chronique de Moissac (ann. 809). Eckhart, II, 55, prétend qu'il faut lire *Camoburg*, ancien nom de la ville de Hambourg, et que cette ville fut alors donnée par les Abodrites aux Saxons leurs auxiliaires.

Imperator autem, cum ei multa de jactantia et superbia regis Danorum nuntiarentur, statuit trans Albim fluvium civitatem ædificare, Francorumque in ea ponere præsidium. Cumque ad hoc per Galliam atque Germaniam homines congregasset, armisque ac cæteris ad usum necessariis rebus instructos per Frisiam ad locum destinatum ducere jussisset, Thrasco dux Abodritorum in emporio Reric ab hominibus Godofridi per dolum interfectus est. Sed imperator, postquam locus civitati constituendæ (1) fuerat exploratus, Egbertum (2) comitem huic negotio exsequendo præficiens, Albim traicere et locum jussit occupare. Est autem locus super ripam Sturiæ fluminis, vocabulo Esesfelth (3), et occupatus est ab Egberto et comitibus Saxonis circa idus martias, et muniri coeptus.

Aureolus comes, qui in commercio Hispaniæ atque Galliæ trans Pyrineum contra Oream et Cæsaraugustam residebat, defunctus est, et Amoro (4), præfectus Cæsaraugustæ atque Oream, locum ejus invasit, et in castellis illius præsidia disposuit, missaque ad imperatorem legatione, sese cum omnibus quæ habebat in deditionem illi venire velle promisit. Eclipsis lunæ contigit VII kal. januar.

(1) Codd. Trevir. et Vindobon. 110 et 990 : *civitati construendæ*.
Cod. Hannov. *exstruendæ*.

(2) Al. *Egibertum*.

(3) All. *Esfelth, Esfelt, Essesfeld*.

(4) Al. *Amaroz*.

Cependant l'empereur ayant été informé à plusieurs reprises de l'orgueil et de la jactance du roi des Danois, résolut de bâtir une ville au delà de l'Elbe et d'y établir une garnison de Francs. Ayant donc réuni à cet effet un grand nombre d'hommes dans la Gaule et la Germanie, il les approvisionna d'armes et de toutes les choses nécessaires pour un tel établissement, et les fit conduire par la Frise au lieu de leur destination. Sur ces entrefaites, Thrasicon, duc des Abodrites, fut tué en trahison par les hommes de Godefrid dans le port de Reric. Toutefois, après que l'emplacement de la ville eut été choisi, l'empereur chargea le comte Egbert de l'exécution de ce projet, et lui enjoignit de traverser l'Elbe et d'occuper le lieu désigné. Ce lieu, situé sur les rives de la Sture, porte le nom d'Esselfelt (1). Ce fut vers les ides de mars qu'Egbert et les comtes Saxons s'y installèrent et commencèrent à le fortifier.

Le comte Aureol, qui, chargé de veiller aux communications entre l'Espagne et la Gaule, résidait au delà des Pyrénées, vis-à-vis de Huesca et de Saragosse, vint à mourir; Amoroz, gouverneur de ces deux villes, s'empara de ses fonctions et mit des garnisons dans les châteaux qui lui avaient appartenu. Puis, ayant envoyé une ambassade à l'empereur, il l'assura qu'il voulait se mettre lui et tous les siens sous sa domination. Le 7 des calendes de janvier il y eut éclipse de lune.

(1) Aujourd'hui Itzehoe, sur la Stoer, dans le duché de Holstein, à 12 lieues N. O. de Hambourg.

DCCCX.

Amoroz, Cæsaraugustæ præfectus, postquam imperatoris legati ad eum pervenerunt, petiit ut colloquium fieret inter ipsum et Hispanici limitis custodes, promittens se in eo colloquio cum suis omnibus in imperatoris ditionem esse venturum; quod licet imperator ut fieret annuisset, multis intervenientibus causis, remansit infectum. Mauri, de tota Hispania maxima classe comparata, primo Sardiniam, deinde Corsicam appulerunt, nulloque in ea invento præsidio, insulam pene totam subegerunt. Interea Pippinus rex, perfidia ducum Veneticorum incitatus, Venetiam bello terraque marique jussit appetere, subjectaque Venetia ac ducibus ejus in deditionem acceptis, eandem classem ad Dalmatiæ littora vastanda misit. Sed cum Paulus, Cefalanæ (1) præfectus, cum orientali classe ad auxilium Dalmatis ferendum adventaret, regia classis ad propria regreditur. Hruodrud (2), filia imperatoris quæ natu major (3) erat, viii idus jun. diem obiit. Imperator vero Aquisgrani adhuc agens et contra Godofridum regem expeditionem meditans, nuntium accepit, classem ducentarum navium de Nortmannia Frisiam appulisse, totasque Frisiaco littori adjacentes insulas esse vastatas, jamque exercitum illum in continenti esse, ternaque prælia cum Frisionibus commisisse, Danosque victores tributum victis imposuisse, et vectigalis nomine centum libras

(1) All. *Gefalagæ, Cefalaia, Cephaleniæ.*

(2) De variis hujus nominis lectionibus vid. supra p. 60.

(3) Cod. Trevir. *natu minor erat.*

810.

Quand les envoyés de l'empereur furent arrivés auprès d'Amoroz, gouverneur de Saragosse, celui-ci leur demanda qu'une conférence s'ouvrît entre lui et les gardes de la marche d'Espagne, promettant que dans cette conférence il ferait sa soumission avec tous les siens. L'empereur y donna son consentement; mais une foule d'incidents qui survinrent en empêchèrent l'exécution. Les Maures ayant rassemblé de toutes les parties de l'Espagne une flotte considérable, allèrent débarquer en Sardaigne et de là en Corse; ils trouvèrent cette île sans défense et la soumirent presque tout entière. Cependant Pépin, roi d'Italie, irrité de la perfidie des ducs de la Vénétie, ordonna d'attaquer par terre et par mer leur territoire; puis, après avoir soumis toute la contrée et forcé les ducs à se rendre à discrétion (1), il ordonna à sa flotte d'aller ravager les côtes de la Dalmatie. Mais à l'approche de Paul, préfet de Céphalonie, qui s'avancait avec la flotte grecque pour secourir les Dalmates, la flotte royale rentra dans ses ports. Rotrude, la fille aînée de l'empereur, cessa de vivre le 8 des ides de juin. L'empereur qui était alors à Aix-la-Chapelle songeait à faire une expédition contre le roi Godefrid, lorsqu'il apprit que les Normands avaient abordé en Frise avec une flotte de deux cents vaisseaux, et ravagé toutes les îles du littoral; que leur armée s'était même avancée sur le continent, et qu'ils avaient livré aux Frisons trois combats; que vainqueurs ils avaient imposé un

(1) Ce récit d'Éginhard est conforme à celui des autres annalistes des Francs; mais, suivant les chroniqueurs vénitiens, Pépin, parvenu au travers des lagunes jusqu'au Rialto, fut repoussé par le doge Obé-lerio, et forcé de se retirer après avoir fait des pertes considérables.

argenti a Frisionibus jam esse solutas, regem vero Godofridum domi esse. Et revera ita erat. Qui nuntius adeo imperatorem concitavit, ut missis in omnes circumquaque regiones ad congregandum exercitum nuntiis, ipse sine mora palatio exiens, primo quidem classi occurrere, deinde transmissio Hreno flumine, in loco, qui Lippeham (1) vocatur, copias quæ nondum convenerant statuit opperiri; ubi dum aliquot dies moraretur, elephans ille, quem ei Aaron rex Sarracenorum miserat, subita morte periit. Congregatis tandem copiis, quanta potuit celeritate ad Alaram fluvium contendit, castrisque juxta confluentem ejus, quo Wisuræ flumini conjungitur, positis, minarum Godofridi regis præstolatur eventum. Nam rex ille, vanissima spe victoriæ inflatus, acie se cum imperatore congregi velle jactabat. Sed dum imperator in memorato loco stativa haberet, diversarum rerum nuntii ad eum deferuntur. Nam et classem quæ Frisiam vastabat domum regressam, et Godofridum regem a quodam suo satellite interfectum, castellum vocabulo Hohbuoki (2) Albiæ flumini appositum, in quo Odo legatus imperatoris et orientalium Saxonum erat præsidium, a Wiltzicis captum; et Pippinum filium ejus, regem Italiæ, VIII idus jul. de corpore migrasse; duasque legationes de diversis terrarum partibus, unam de Constantino- poli, alteram de Corduba, pacis faciendæ causa adventare narratur. Quibus ille acceptis, disposita, pro temporis conditione, Saxonia, domum revertitur. Tanta fuit in ea expeditione boum pestilentia, ut

(1) All. *Lippeha*, *Lippeam*, *Lippenheim*.

(2) Al. *Hohbuochi*. Chron. Saxon : *Huobboki*.

tribut aux vaincus, et que déjà les Frisons avaient, comme tributaires, payé cent livres d'argent; que, quant au roi Godefrid, il était resté dans ses états. C'était la vérité. Cette nouvelle irrita tellement l'empereur, qu'après avoir envoyé de tous côtés des commissaires chargés de réunir une armée, il quitta en toute hâte son palais et alla d'abord retrouver sa flotte. Ayant ensuite traversé le Rhin dans le lieu nommé Lippenheim, il résolut d'y attendre les troupes qui n'étaient pas encore arrivées. Pendant le séjour qu'il fit en cet endroit, l'éléphant que lui avait envoyé le roi des Sarrasins Aaroun, mourut tout à coup. L'armée une fois réunie, l'empereur se rendit à marches forcées vers l'Aller, dressa son camp au confluent de cette rivière avec le Weser, et ce fut là qu'il attendit l'effet des menaces de Godefrid : car ce roi, enflé de la vaine espérance d'une victoire, se targuait de vouloir combattre l'empereur en bataille rangée. Tandis que l'empereur était campé dans le lieu que nous venons de désigner, on vint lui apporter différentes nouvelles, savoir : que la flotte danoise qui ravageait la Frise avait opéré son retour; que le roi Godefrid avait été tué par un de ses gardes; que le château d'Hohbuoki (1), sur les rives de l'Elbe, occupé par Odon, l'un de ses lieutenants, avec une garnison de Saxons orientaux, avait été pris par les Wiltzes; que son fils Pépin, roi d'Italie, était mort le 8 des ides de juillet, et enfin que deux ambassades parties de pays différents,

(1) On n'est pas d'accord sur la position de ce château. Les uns prétendent qu'il s'agit ici de Hambourg, d'autres ont proposé Boitzenburg, nom dans lequel il serait bien difficile de retrouver celui d'Hohbuoki. M. Pertz pense avec raison, je crois, que ce nom s'est conservé dans celui de Büchen, petite ville du duché de Lauenbourg, sur la Stecknitz, à 5 lieues N. de Lauenbourg.

pene nullus tanto exercitui superesset, quin omnes usque ad unum interirent; et non solum ibi, sed etiam super (1) omnes imperatori subjectas provincias illius generis animalium mortalitas immanissime grassata est. Imperator Aquasgrani veniens mense octobrio, memoratas legationes audivit, pacemque cum Niciforo imperatore et cum Abulaz rege Hispaniæ fecit. Nam Niciforo Venetiam reddidit, et Haimricum (2) comitem olim a Sarracenis captum, Abulaz remittente, recepit. Eo anno sol et luna bis defecerunt, sol vii idus junii (3) et ii kalendas decembris, luna xi kalendas julii et xix kal. januarii (4). Corsica insula iterum a Mauris vastata est. Amoroz ab Abdiraman, filio Abulaz, de Cæsaraugusta expulsus, et Oscam intrare compulsus est. Godofrido Danorum rege mortuo, Hemmingus filius

(1) Cod. Amberg. *per omnes*.

(2) All. *Hamricum, Amricum, Amri, Hanri, Hanricum*. Freherus : *Henricum*. Nuenar. comes : *Heimrichum*. D. Bouq. *Adimricum*.

(3) vii *Idus Jun.* habent codd. Vindobon. 654, Amberg. et codex Arman. a D. Bouq. laudatus. Ita et Freherus et Pertz, Ann. Bertin., Saxon. Chron., et etiam Dungalus in epistola ad Karolum M. de hac eclipsi. — Codd. Reg. Par. 5924, Trevir., Hannover. et Vindobon. 110 : viii *Id. Jun.* et sic legit Nuenarius comes, cum Annalibus Francor. Loiselianis, — Reginonis Chron. v *Id. Jun.* — Cod. Vindobon. 990, cum uno e codd. Annalium Lauriss. viii *Id. Jul.* — Quarum quidem variarum lectionum nulla cum astronomicæ computationis veritate consonat; nam hæc eclipsis iii Non., i. e. quinta die Julii, facta est. Videsis in Arte dijudicandi temporum notas, I, 67, tabulam eclipsium jam laudatam, cum qua congruunt cæteræ observationes hic enunciatae.

(4) Ita, unus omnium, legit cod. Arman., a D. Bouq. in not. laudatus, et certe convenienter. — Pertz, cum cæter. codd. et edit., Ann. Bert. et Chron. Sax. xviii *Kal.* — Cod. Reg. Paris. 5924, et Ann. Loisel. : viii *Kal.* — Reginonis Chron. viiii *Kal.*

l'une de Constantinople, l'autre de Cordoue, étaient arrivées pour traiter de la paix. Après avoir reçu ces ambassades et réglé, conformément aux circonstances, les affaires de la Saxe, l'empereur revint chez lui. Pendant cette expédition, il régna parmi les bœufs une telle épidémie qu'il n'en resta pas un pour une armée si nombreuse et qu'on les perdit tous, jusqu'au dernier. Et ce ne fut pas seulement de ce côté que la mortalité frappa les animaux de cette espèce, mais elle s'étendit de la manière la plus cruelle dans toutes les provinces de l'empire (1). L'empereur, de retour à Aix-la-Chapelle au mois d'octobre, donna audience aux ambassadeurs que nous venons de nommer, et conclut la paix avec l'empereur Nicéphore (2) et avec Abulaz, roi d'Espagne. Il rendit la Vénétie à Nicéphore, et Abulaz consentit à renvoyer le comte Adimiric, qui autrefois avait été pris par les Sarrasins. En cette année il y eut plusieurs éclipses de soleil et de lune : celles de soleil arrivèrent le 7 des ides de juin et la veille des calendes de décembre; celles de lune le 11 des calendes de juillet et le 19 des calendes de janvier. La Corse fut de nouveau ravagée par les Maures. Amoroz, chassé de Saragosse par Abdalrahman, fils d'Abulaz, fut forcé de se

(1) Suivant le bruit populaire, cette mortalité provenait de poudres empoisonnées répandues à dessein dans les pâturages et les fontaines. Ces faux bruits occasionnèrent la mort de prétendus empoisonneurs, qui furent massacrés par le peuple. Voyez à cet égard. le chap. 3 du premier capitulaire de l'année 810, la note de Baluze sur ce chapitre, et le ch. 1 du second capitulaire de la même année. *De tribulatione generali quam patimur, id est de mortalitate animalium et ceteris plagis*. Baluz. I, 473 et 475; II, 1199.

(2) Les conditions de cette paix sont relatées dans un traité conclu postérieurement entre Lothaire I^{er} et les Vénitiens, et dont l'original a été transféré des archives de Venise dans celles de Vienne.

fratris ejus in regnum successit, ac pacem cum imperatore fecit.

DCCCXI.

Absoluto atque dimisso Arsafio spathario — hoc erat nomen legato Nicifori imperatoris — ejusdem pacis confirmandæ gratia legati Constantinopolim ab imperatore (1) mittuntur, Haido (2) episcopus Baslensis, et Hugus (3) comes Turonicus, et Aio Langobardus de Forojulii, et cum eis Leo quidam spatharius, natione Siculus, et Willerus, dux Veneticorum; quorum alter ante annos decem Romæ ad imperatorem, cum ibi esset, de Sicilia profugit, et redire volens, patriam remittitur; alter propter perfidiam honore spoliatus, Constantinopolim ad dominum suum duci jubetur. Conducta inter imperatorem et Hemmingum Danorum regem pax propter hiemis asperitatem, quæ inter partes commeandi viam claudebat, in armis tantum jurata servatur, donec redeunte veris temperie, et apertis viis quæ immanitate frigoris clausæ fuerunt, congregientibus ex utraque parte utriusque gentis, Francorum scilicet et Danorum, duodecim primoribus superfluum Ægidoram, in loco qui vocatur (4) *** , datis

(1) Ita legunt codd. Hannover., Vindobonn. 110 et 990, et fragm. Amberg. Ita et Pertzius cum Freher. et D. Bouq. — Codd. Vindobon. 654, Reg. Par. 5924, Trevir. et Nuen. com. *ad imperatorem*.

(2) Al. *Hatto*. — *Basilensis, Bassensis, Basiliensis*.

(3) All. *Hug, Hugo*.

(4) Freher. cum cod. Reg. Par. 5924 : *in l. q. vocatur datis vicissim*. In quinq. codd. legitur *datis*, nulla lacuna relicta. Nuenar. comes omittit *in loco qui vocatur*.

renfermer dans Huesca. Après la mort de Godefrid (1), roi des Danois, Hemming, fils de son frère, le remplaça sur le trône, et fit la paix avec l'empereur.

811.

Après avoir entendu et congédié le spathaire Arsa-fius — tel était le nom de l'ambassadeur de Nicéphore — l'empereur envoya à son tour à Constantinople, pour confirmer ce traité de paix, une ambassade composée d'Haidon, évêque de Bâle, de Hugues, comte de Tours, et du Lombard Aion, duc de Frioul. Ils emmenèrent avec eux un Sicilien nommé Léon, qui appartenait au corps des spathaires, et Willers, duc des Vénitiens (2). Il y avait environ dix ans que le premier s'était enfui de la Sicile pour se réfugier à Rome auprès de l'empereur qui était alors dans cette ville; on devait, suivant son désir, le remettre dans sa patrie; quant à l'autre, qui avait été dépouillé de sa dignité pour crime de trahison, l'empereur voulut qu'on le reconduisît vers son maître à Constantinople. La paix avait été arrêtée entre l'empereur et Hemming, roi des Danois. Mais la rigueur de l'hiver ayant rompu toute voie de communication entre les deux parties, on observa la paix jurée sans déposer les armes. Dès que le retour du printemps eut rouvert les chemins que l'intensité du froid avait fermés, douze des principaux de chaque nation, c'est-à-dire douze

(1) Godefrid était appelé *Gotric* par les Danois; il existe sur les gestes de ce prince un poème ou *saga* qui a été publié par Olaus Vérélius.

(2) Nicéphore périt sur ces entrefaites dans un combat contre les Bulgares (voy. la note 1, p. 299). Michel, son successeur, accueillit les ambassadeurs et confirma le traité.

vicissim et secundum ritum ac morem suum sacramentis, pax confirmatur. Primores autem de parte Francorum hii fuere : Walach (1) comes filius Bernhardi, Burchardus comes, Unrochus comes (2), Uodo comes (3), Bernhardus comes, Egbertus comes (4), Theotheri comes, Abo comes, Ostdag comes, Wigman comes; de parte vero Danorum imprimis fratres Hemmingi, Hancwin et Angandeo, deinde cæteri honorabiles inter suos viri, Osfred cognomento Turdimulo, et Warstein, et Suomi, et Urm, et alius Osfred filius Heiligen, et Osfred de Sconaowe, et Hebbi, et Aowin. Imperator vero, pace cum Hemmingo firmata, et placito generali secundum consuetudinem Aquis habito, in tres partes regni sui totidem exercitus misit, unum trans Albiam in Linones qui et ipsos vastavit et castellum Hohbuoki (5) superiore anno a Wiltzis destructum in ripa Albiæ fluminis restauravit; alterum in Pannonias ad controversias Hunorum et Sclavorum finiendas; tertium in Brittones ad eorum perfidiam puniendam. Qui omnes, rebus prospere gestis, incolumes regressi sunt. Ipse autem interea propter classem quam anno superiore fieri imperavit videndam, ad Bononiam, civitatem maritimam, ubi eadem naves

(1) All. *Wala, Walachus.*

(2) Freher. *Mirocus comes.*

(3) Annal. Lauriss. codd. hinc addunt : *Meginhardus comes.*

(4) Cætera tam Francorum quam Danorum nomina his variis modis scripta leguntur apud codd. *Egberdus, Egibertus, Egebertus. — Thiotheri, Theodorus, Theodoricus, Thedericus. — Ostdagus, Ostdach. — Wigmannus. — Hancvin, Hancum, Hancwinc. — Agandeo, Agandeo. — Offredus. — Warsteinus, Warsten. — Urmus, Urin. — Heiligeni, Heiligon. — Heppi. — Awin, Aouus.*

(5) All. *Hohbuozi, Hohbuochi.*

Francs et douze Danois, se réunirent sur l'Eyder, dans le lieu nommé * * *, et confirmèrent la paix en la jurant tour à tour, chacun suivant le rite et la coutume de sa nation. Les négociateurs furent, de la part des Francs : Wala, fils de Bernard, Burchard, Unroch, Uodon, Bernard, Egbert, Théodoric, Abbo, Ostdag et Wigman, tous comtes (1); de la part des Danois, au premier rang, les frères d'Hemming, Hancwinc et Agandéon, et avec eux plusieurs personnages marquants de leur nation, Osfrid, surnommé *Turdimulo*, Warsten, Swomi, Urm, un autre Osfrid fils d'Heiligon, Osfrid de Sconowe, Hebbi et Aowin. L'empereur, après avoir confirmé la paix, et tenu, comme de coutume, l'assemblée générale à Aix-la-Chapelle, envoya trois armées dans trois provinces de ses états. L'une vint au delà de l'Elbe ravager le territoire des Linnes (2), et releva sur les bords de l'Elbe le château d'Hohbuoki, détruit, l'année précédente, par les Wiltzes; l'autre alla en Pannonie mettre fin aux querelles des Huns et des Slaves, et la troisième marcha contre les Bretons, afin de punir leur perfidie. Ces trois armées revinrent sans éprouver de pertes, après avoir accompli leur mission. Quant à lui, dans le but de visiter la flotte qu'il avait ordonné de construire l'année précédente, il vint à Boulogne, ville maritime des Gaules, où les vaisseaux étaient

(1) Les comtes Wala, Burchard et Unroc, ainsi que Méginhard, nommé par les Annales de Lauresheim, assistèrent la même année au testament de Charlemagne. Sur les comtes Uodon, Egbert et Wigmann, voy. Eckhart, II, 67.

(2) Le nom de ce peuple vient, suivant Eckhart, du fleuve *Lina*, maintenant Lockenitz. Ils habitaient entre l'Elbe et l'Oder, au sud des Abodrites. Mais il paraît que plus tard ils traversèrent l'Elbe et s'étendirent à l'ouest dans le pays qui forme aujourd'hui le duché de Lunebourg.

congregatæ erant, accessit, farumque ibi (1) ad navigantium cursus dirigendos antiquitus constitutam restauravit, et in summitate ejus nocturnum ignem accendit. Inde ad Scaldim fluvium veniens, in loco qui Ganda (2) vocatur, naves ad eandem classem ædificatas aspexit, et circa medium novembrium Aquas venit. Obviarunt ei venienti legati Hemmingi regis, Aowin et Hebbi, munera regis et verba pacifica deferentes; fuerunt etiam Aquis adventum ejus expectantes qui de Pannonia venerunt, Canizauci (3) princeps Avorum, et Thudun, et alii primores ac duces Sclavorum circa Danubium habitantium, qui a ducibus copiarum, quæ in Pannoniam missæ fuerant, ad præsentiam principis jussi venerunt. Interea Karolus filius imperatoris qui major natu erat, 11 nonas decembr., diem obiit; et imperator Aquis hiemavit.

DCCCXII.

Nec multo post Hemmingus Danorum rex defunctus nunciatur. Cui cum Sigifridus, nepos Godofridi regis, et Anulo (4), nepos Herioldi quondam regis, succedere voluissent, neque inter eos, uter regnare deberet, convenire potuisset, comparatis copiis et commisso prælio, ambo moriuntur. Pars tamen Anu-

(1) Codd. Reg. Par. 5924 et Vindobon. 1110 : *earumque ibi*. Hannover. *eamque ibi*. Nuenar. comes : *fanumque ibi*.

(2) All. *Granda, Gand*.

(3) Freher. *Camzanci*. Annal. Bertin. *Canzaucus princeps*. Chron. Saxon. *Canizauc princeps*.

(4) Nuenar. comes et Freher. *Amilo*.

rassemblés. Il restaura le phare, qui y avait été anciennement établi pour diriger les navigateurs dans leur route, et fit allumer au sommet un fanal nocturne. S'étant ensuite rendu sur les bords de l'Escaut, dans le lieu que l'on nomme Gand, il y inspecta les navires construits pour la même flotte, et vers le milieu de novembre il était de retour à Aix-la-Chapelle. Les députés du roi Hemming, Aowin et Hebbi, vinrent à sa rencontre, lui apportant, de la part de leur maître, des présents et des paroles de paix. Il y avait encore à Aix-la-Chapelle, attendant son arrivée, Canizauc, prince des Avars, Thudun, et d'autres chefs de cette nation, et les ducs des Slaves, habitant aux environs du Danube. Ces ducs avaient reçu des généraux de l'armée envoyée en Pannonie l'ordre de se rendre auprès de l'empereur. Sur ces entrefaites, Charles, son fils aîné, mourut le 2 des ides de décembre (1). Lui-même passa l'hiver à Aix-la-Chapelle.

812.

Peu de temps après on annonça la mort d'Hemming, roi des Danois. Sigefrid, neveu du roi Godefrid, et Anulon, neveu du feu roi Hériold, voulurent tous deux lui succéder; et comme ils ne purent s'accorder sur leurs droits à la couronne, ils rassemblèrent des troupes, et se livrèrent un combat dans lequel ils périrent l'un et l'autre. Cependant le parti d'Anulon étant demeuré victorieux, se donna pour rois Hériol et Réginfrid, ses frères. Le parti vaincu ne put se dispenser d'en faire autant, et ne rejeta pas leur domination. On raconte que dix mille neuf cent

(1) Charlemagne perdit encore cette année Pépin-le-Bossu, son fils naturel, enfermé depuis 792 dans le monastère de Prum.

lonis adepta victoriam (1), fratres ejus Herioldum et Reginfridum (2) reges sibi constituit; quam necessario pars victa secuta, eosdem sibi regnare non abnuit: in eo prælio x millia DCCCCXL viri cecidisse narrantur. Niciforus imperator post multas et insignes victorias, in Moesia provincia commisso cum Bulgaris prælio moritur, et Michael gener ejus imperator factus legatos imperatoris Karoli, qui ad Niciforum missi fuerunt, in Constantinopoli suscepit et absolvit; cum quibus et suos legatos direxit, Michaellem scilicet episcopum, et Arsafium (3) atque Theognostum (4) protospatharios, et per eos pacem a Niciforo inceptam confirmavit. Nam Aquisgrani, ubi ad imperatorem venerunt, scriptum pacti ab eo in ecclesia suscipientes, more suo, id est græca lingua, laudes ei dixerunt, imperatorem eum et basileum (5) appellantes, et reverendo Romam venientes, in basilica sancti Petri apostoli eundem pacti seu foederis libellum a Leone papa de novo susceperunt. Quibus dimissis, imperator generali conventu Aquis solemniter habito, Bernhardum filium Pippini, nepotem suum, in Italiam misit; et propter famam classis, quæ et de Africa et de Hispania ad vastandam Italiam ventura dicebatur, Walanem (6) filium Bernhardi patruelis sui cum illo esse jussit, quoadusque rerum eventus securitatem nostris afferret. Hæc classis partim in Corsicam, partim in Sardiniam ve-

(1) Quinq. codd. *adepta victoria*.

(2) All. *Regenfridum*, *Ragenfridum*.

(3) Cod. Reg. Par. 5924: *Arfasium*.

(4) Al. *Theognistum*.

(5) Nuenar. comes: *βασιλία* cum appellantes et inde reversi.

(6) Nuenar. com. *Wallonem*.

quarante guerriers périrent dans ce combat. L'empereur Nicéphore, après avoir remporté de nombreuses et importantes victoires, meurt dans une bataille qu'il livre aux Bulgares en Mésie (1). Son gendre Michel lui ayant succédé sur le trône impérial, reçut à Constantinople les députés qui avaient été adressés à Nicéphore par l'empereur Charles, et les congédia. Il les fit accompagner par l'évêque Michel et par Arsafius et Théognostus, chefs des spathaires, qu'il envoya comme ambassadeurs pour confirmer le traité de paix entamé avec Nicéphore. Étant, en effet, arrivés à Aix-la-Chapelle auprès de l'empereur, ils reçurent de lui, dans l'église, le texte du traité; ils le complimentèrent, suivant leur usage, en se servant de la langue grecque, et lui donnèrent le titre d'empereur et de roi; et à leur retour, en passant par Rome, ils reçurent du pape Léon, dans la basilique de Saint-Pierre, apôtre, une autre copie du même traité. Après les avoir congédiés, l'empereur tint l'assemblée générale de cette année à Aix-la-Chapelle, et envoya en Italie son petit-fils Pépin, fils de Bernard; et comme le bruit s'était répandu qu'une flotte, partie des côtes d'Afrique et d'Espagne, devait venir ravager l'Italie, il voulut que Wala, son cousin-germain, fils de Bernard, restât avec le jeune prince jusqu'à ce que la suite des événements eût ramené parmi les nôtres la sécurité. Cette flotte vint en effet, une partie en Corse, une partie en Sardaigne; mais presque tout ce qui aborda dans cette dernière île fut détruit. Une flotte de Nortmands vint aussi attaquer

(1) Le 25 juillet 811. Nicéphore eut pour successeur son fils Staurace, qui, forcé d'abdiquer après un règne de deux mois, fut remplacé par son beau-frère Michel Curopalate, surnommé Rhangabé.

nit; et ea quidem pars quæ ad Sardiniam est delata, pene tota deleta est. Classis etiam Nortmannorum Hiberniam Scottorum (1) insulam aggressa, commissoque cum Scottis prælio, parte non modica Nortmannorum interfecta, turpiter fugiendo domum reversa est. Pax cum Abulaz rege Sarracenorum facta, item cum duce Beneventanorum Grimoaldo, et, tributi nomine, viginti quinque millia solidorum auri a Beneventanis soluta. Expeditio facta ad Wiltzos, et ab eis obsides accepti. Harioldus (2) et Reginfridus (3), reges Danorum, missa ad imperatorem legatione, pacem petunt, et fratrem suum Hemmingum sibi remitti rogant. Hoc anno idibus maii, post meridiem solis, eclipsis fuit.

DCCCXIII.

Imperator Aquisgrani hiemavit, et, incipiente veris (4) temperie, Amalharium (5) Treverensem episcopum et Petrum abbatem monasterii Nonantulas propter

(1) All. *Scotorum*, *Scotthorum*.

(2) All. *Herioldus*, *Heriholdus*.

(3) All. *Ragenfridus*, *Reinfridus*.

(4) Ita legunt codd. Reg. Paris. 5924, et Vindobonn. 110 et 990. Pertz: *verni temperie*. Freher. *verna temp*. Nuenar. com. et D. Bouq. *verno tempore*.

(5) Cod. Trevir. *Almaharius*. — « In cod. ms. de gestis episcoporum Trevir., cujus fragmentum recitat Mabillonius in Actis SS. ord. S. Bened. P. II, sæc. III, p. 613, hæc habentur: *Richbodus ordinatur episcopus; deinde Wizo, post quem Amularius Fortunatus, cardinalis Romanus, qui librum officiorum composuit. Hic missus est a Karolo Magno Constantinopolim propter pacem cum imperatore Michaele formandam. Qui Karolus multum marmor et museum plurimum de Treberis ad palatium Aquis vexit, et B. Petro ad vicissitudinem munera dedit.* » (D. Bouq.)

l'Irlande (1), île habitée par les Scots; ils livrèrent à ceux-ci un combat, à la suite duquel ils furent contraints de regagner leur pays après avoir perdu beaucoup de monde, et s'être vus réduits à une fuite honteuse. La paix fut conclue avec Abulaz, roi des Sarrasins, et avec Grimoad, duc des Bénéventins. Ceux-ci s'engagèrent à payer 25,000 sous d'or à titre de tribut (2). On fit aussi une expédition contre les Wiltzes qui livrèrent des otages. Hériold et Réginfrid, rois des Danois, envoyèrent une ambassade à l'empereur pour demander la paix, et le prier de leur rendre leur frère Hemming. Il y eut cette année, le jour des ides de mai, après midi, une éclipse de soleil.

815.

L'empereur passa l'hiver dans son palais d'Aix. Au commencement du printemps il chargea Amalharius, évêque de Trèves, et Pierre, abbé du monastère de Nonantola, d'aller à Constantinople confirmer la paix avec l'empereur Michel. Au mois de mai le pont de Mayence fut détruit par un incendie (3); après quoi l'empereur, chassant dans la forêt des Ardennes, fut pris d'une douleur de pied qui le força de se mettre au lit; il était convalescent lorsqu'il revint à Aix-la-Chapelle. Il tint dans cette ville l'assemblée générale; puis, ayant appelé auprès de lui son fils Louis, roi d'Aquitaine, il lui mit la

(1) L'Irlande, au moyen âge, est souvent appelée *Scotia Major*.

(2) Deux millions six cent soixante mille francs de notre monnaie. Voy. les calculs de M. Guérard, *Rev. de Numismatique*, ann. 1837, p. 406 et suiv.

(3) Voy. ci-dessus, p. 55, n. 2.

pacem cum Michaele imperatore confirmandam Constantinopolim misit. Pons apud Mogontiacum mense maio incendio conflagravit, post quod imperator cum in Arduenna venaretur, pedum dolore decubuit, et convalescens Aquasgrani reversus est; ac deinde habito generali conventu, evocatum ad se apud Aquasgrani filium suum Hludowicum, Aquitaniæ regem, coronam illi imposuit, et imperialis nominis sibi consortem fecit; Bernhardumque nepotem suum, filium Pippini filii sui, Italiæ præfecit, et regem appellari jussit. Concilia quoque jussu ejus super statu ecclesiarum corrigendo per totam Galliam ab episcopis celebrata sunt, quorum unum Mogontiaci, alterum Remis, tertium Turonis, quartum Cabillonis (1), quintum Arelati congregatum est, et constitutionum, quæ in singulis factæ sunt, collatio coram imperatore in illo conventu habita; quas qui nosse voluerit, in supradictis quinque civitatibus invenire poterit, quamquam et in archivo palatii exemplaria illarum habeantur. Missi sunt de hoc conventu quidam Francorum et Saxonum primores trans Albim fluvium ad confinia Nortmannorum, qui pacem cum eis secundum petitionem regum illorum facerent, et fratrem eorum redderent. Quibus cum pari numero — nam XVI erant (2) — de primatibus Danorum in loco deputato occurrissent, juramentis utrimque factis pax confirmata, et regum frater eis redditus est. Qui tamen eo tempore domi non erant,

(1) Sic Freher. et cod. Trevir. — All. *Cabillione, Cabilione*. Nuen. com. *Cabilloni*.

(2) Cod. Vindobon. 990 : *nam xv.* — Unus e codd. *Annalium Lauriss.* legit *nam. vi erant*, et sic habent *Annales Loisel.* apud D. Bouquet.

couronne sur la tête, et l'associa à la dignité impériale (1). Il confia le gouvernement de l'Italie à son petit-fils Bernard, fils de Pépin, et voulut qu'il portât le titre de roi. Par ses ordres des conciles furent tenus dans toute la Gaule par les évêques pour la réformation de l'Église. Le premier fut convoqué à Mayence, le second à Reims, le troisième à Tours, le quatrième à Châlon, un cinquième à Arles; et dans l'assemblée tenue à Aix-la-Chapelle l'on fit, en présence de l'empereur, le récolement des décrets rendus par ces différents conciles (2). Quiconque voudrait en prendre connaissance, pourrait les trouver dans les cinq villes que nous venons de nommer, quoique, d'ailleurs, des copies en soient conservées dans les archives du palais. L'empereur envoya de cette assemblée quelques personnages de distinction choisis parmi les Francs et les Saxons, au delà de l'Elbe, vers les limites du pays des Nortmands, pour régler avec leurs rois la paix qu'ils avaient demandée, et leur rendre leur frère. Les Danois, de leur côté, envoyèrent un nombre égal, c'est-à-dire seize des principaux de leur nation, au lieu désigné; et là, après qu'on eut prêté serment de part et d'autre, la paix fut confirmée, et le frère des rois danois fut rendu par les Francs. Ces rois étaient alors absents; ils étaient partis avec une armée pour la Westerfulde (3). Cette contrée, la plus reculée de leurs états, est située au nord - ouest, et regarde l'extrémité septentrionale

(1) Au mois d'août.

(2) Voy. les actes de ces conciles dans les collections de Labbe et de Mansi, et leur résumé dans Eckhart, *Comment.* II, 77 et suiv.

(3) La Norwège, suivant Eckhart. La partie occidentale de la Chersonèse Cimbrique (Jutland Méridional), suivant M. Pertz (II, 200, note 77), qui cite Gebhard, *Hist. Dan.* p. 382.

sed ad Westarfoldam (1) cum exercitu profecti, quæ regio ultima regni eorum inter septentrionem et occidentem sita, contra aquilonalem Britanniae summitatem respicit, cujus principes ac populus eis subici recusabant. Quibus perdomitis, cum revertissent, et fratrem ab imperatore missum recepissent, filii Godofridi regis et ex primoribus Danorum non pauci, qui jam dudum relicta patria apud Sueones (2) exulabant, comparatis undecumque copiis, bellum eis intulerunt, et confluentibus ad se passim ex omni Danorum terra popularium turmis (3), commisso cum eis prælio, etiam regno non multo eos labore pepulerunt. Mauris de Corsica ad Hispaniam cum multa præda redeuntibus Irmingarius (4), comes Emporitani, in Majorica insidias posuit, et octo naves eorum cepit, in quibus quingentos et eo amplius Corsos captivos invenit. Hoc Mauri vindicare volentes, Centumcellas Tusciæ civitatem et Niceam provinciæ Narbonensis vastaverunt. Sardiniam quoque aggressi, commissoque cum Sardis prælio, pulsi ac victi, et multis suorum amissis, recesserunt. At Michael imperator Bulgaros bello appetens, haud prosperis successibus utitur, ac proinde domum reversus, deposito diademate monachus efficitur; in cuius locum Leo, Bardæ (5) patricii filius, imperator

(1) Cod. Hannoveranus : *Werstarfoldam*; Nuenar. comes : *Westerfoeldam*. — Annales Bertin. *Westaervoldam*. — Reginonis Chronic. *Westerfalt*.

(2) All. *Soeones*, *Sueones*, *Suenes*.

(3) Codd. Vindobonn. 654, 110 et 990 : *turbis*.

(4) Al. *Irmigarius*. Ann. Bert. *Hermeingarius*.

(5) Ita habent Pertzius et D. Bouquet. — Codex Trevirensis : *Leo Eabdæ patricius*. Nuenarius comes : *Leo Bapdæ*. Chesnius : *Leo Papdæ*.

de la Bretagne. Les chefs et le peuple refusaient de reconnaître leur domination. Après les avoir domptés, ils revinrent, et reçurent leur frère qui leur avait été renvoyé par l'empereur. Mais les fils de Godefrid et un assez grand nombre de seigneurs danois qui, depuis longtemps, avaient quitté leur patrie pour se réfugier chez les Suèves, rassemblant des troupes de tous côtés, s'avancèrent alors contre les deux rois. Renforcés par les habitants du pays, qui, de toutes les parties du Danemark, accoururent en foule sous leurs drapeaux, ils leur livrèrent bataille, et parvinrent sans peine à les chasser du royaume. Comme les Maures revenaient de Corse en Espagne avec un riche butin, Irmingar, comte d'Ampurias (1), leur dressa une embuscade dans l'île de Majorque, et leur prit huit vaisseaux dans lesquels on trouva plus de cinq cents Corses captifs. Les Maures, pour se venger de cet échec, ravagèrent Civita-Vecchia en Toscane, et Nice dans la province Narbonnaise. Ils attaquèrent aussi la Sardaigne, et livrèrent aux Sardes un combat; mais, repoussés et vaincus, ils se retirèrent après avoir fait des pertes nombreuses. Cependant, l'empereur Michel ayant entrepris la guerre contre les Bulgares, n'éprouva que des revers; de retour dans ses états, il abdiqua la couronne pour se faire moine. Léon (2), fils du patrice Bardas, fut nommé empereur à sa place. Crumne, roi des Bul-

(1) Ampurias, petite ville et port d'Espagne, à 8 lieues N. E. de Gironne, dans la province de ce nom.

(2) Léon, dit l'Arménien, gouverneur d'Anatolie, fut proclamé par les soldats le 10 juillet 813, et couronné le lendemain par le patriarche Nicéphore. Michel se retira dans un monastère d'une île de la Propontide. Toute sa famille embrassa comme lui la vie monastique.

constituitur. Crumas (1), rex Bulgarorum, qui Niconi imperatorem ante duos annos interfecit, et Michaellem de Moesia fugavit, secundis rebus elatus cum exercitu usque ad ipsam Constantinopolim accessit, et juxta portam civitatis castra posuit. Quem moenibus urbis obequantem Leo imperator, eruptione facta, incautum excepit, et graviter vulneratum fugiendo sibi consulere ac patriam turpiter redire coegit.

(1) Cod. Hannov. *Crimas*; cod. Vindobon. 990 : *Brumas*.

gares, qui, deux ans auparavant, avait tué l'empereur Nicéphore et chassé Michel de la Mésie, enorgueilli par ses succès, s'avança avec une armée jusqu'à Constantinople, et plaça son camp près d'une des portes de cette ville. Mais dans une vigoureuse sortie, l'empereur Léon tombant sur lui à l'improviste, comme il faisait à cheval le tour des murailles, le blessa grièvement, et le força de chercher son salut dans la fuite, et de regagner honteusement son pays (1).

(1) Le récit d'Éginhard manque ici d'exactitude. Voy. *l'Art de vérifier les Dates*; Lebeau, *Hist. du Bas-Empire*; et Gibbon, *Hist. de la Décadence de l'Empire romain*.

HLUDOWICUS.

DCCCXIV.

Domnus Karolus imperator dum Aquisgrani hibernaret, anno ætatis circiter septuagesimo primo, regni autem quadragesimo septimo (1), subactæque Italiae quadragesimo tertio, ex quo vero Imperator et Augustus appellatus est anno decimo quarto, v kal. febr., rebus humanis excessit (2). Cujus rei nuncium cum Hludowicus filius ejus in Aquitania apud Tedoadum (3) villam, ubi et ipse tunc hibernabat, plurimis deferentibus accepisset, tricesimo postquam id acciderat die Aquisgrani venit, summoque omnium Francorum consensu ac favore patri successit. Et ad suscepti regni administrationem cura conversa, primo legationes gentium, quæ ad patrem venerant, auditas absolvit, alias deinde simili modo ad patrem quidem (4) missas, ad se vero venientes suscepit. Inter quas præcipua fuit legatio de Constantinopoli directa (5). Nam Leo imperator qui Michaeli successerat, dimisso Amalharo episcopo et Petro abbate, qui ad Michaellem quidem missi, ad se tamen venerunt, legatos suos, Christoforum spatharium et Gregorium diaconem, cum eis

(1) Cod. Reg. Paris. 5924 : XLIII.

(2) Hic finiunt codd. Amberg. et Modenens.

(3) All. *Teodadum*, *Teoadum*; Freherus : *Theoduadum*; Nuenarius comes : *Theoadum*.

(4) Nuenar. comes, cujus ad lectiones D. Bouquet. exinde constanter accedere solet, hic legit : *ad patrem ante quidem*.

(5) *Iid. missa*.

LOUIS.

814.

Tandis que l'empereur Charles passait l'hiver à Aix-la-Chapelle, il quitta cette vie terrestre le cinq des calendes de février, vers la soixante et onzième année de son âge, la quarante-septième année de son règne, la quarante-troisième depuis la conquête de l'Italie, la quatorzième à dater du moment où il avait été appelé Empereur et Auguste (1). Louis, son fils, était à Doué, en Aquitaine (2), où il passait l'hiver, lorsqu'il reçut cette nouvelle par plusieurs messagers. Trente jours après l'événement, il arriva à Aix-la-Chapelle, et succéda à son père, du consentement unanime et au grand contentement des Francs. Consacrant d'abord tous ses soins aux affaires de l'état dont il venait de prendre le gouvernement, Louis donna audience aux ambassadeurs envoyés auprès de l'empereur Charles par diverses nations, et les congédia. Il reçut aussi d'autres députations, adressées dans le principe à son père, mais qui se rendirent auprès de lui. Parmi ces dernières, la principale était l'ambassade venue de Constantinople. L'empereur Léon, successeur de Michel, en congédiant l'évêque Amalharius et l'abbé Pierre (3), qui

(1) Comp. le chap. xxx de la *Vie de Charlemagne*, et voy. la note 1, p. 95.

(2) Doué, près de Saumur (Maine-et-Loire), à 180 lieues environ d'Aix-la-Chapelle. Cependant, suivant Eckhart, II, 112, Louis reçut la nouvelle de la mort de son père le jour de la Purification de la Vierge, 2 février, cinq jours après l'événement.

(3) Amalharius, archevêque de Trèves; Pierre, abbé du monastère de Nonantola.

ad dominum Karolum, et per eos descriptionem et confirmationem pacti ac foederis misit. Quibus susceptis atque dimissis, dominus Hludowicus legatos suos, Nordbertum (1) Regiensem episcopum et Richwinum (2) Pictavensem comitem (3), ad Leonem imperatorem ob renovandam secum amicitiam et prædictum pactum confirmandum direxit (4); habitoque Aquisgrani generali populi sui conventu ad justicias faciendas et oppressiones popularium relevandas, legatos in omnes regni sui partes dimisit (5); Bernhardum regem Italiæ, nepotem suum, ad se evocatum, muneribus donatum (6) in regnum remisit; cum Grimaldo, Beneventanorum duce, pactum fecit atque firmavit, eo modo quo et pater, scilicet ut Beneventani tributum annis singulis septem millia solidos darent; tunc duos ex filiis suis, Hlotharium (7) in Bajoariam, Pippinum in Aquitaniam misit. Harioldus et Reginfridus reges Danorum, qui anno superiore a filiis Godofridi victi et regno pulsati fuerunt, reparatis viribus, iterum eis bellum intulerunt; in quo conflictu et Reginfridus et unus de filiis Godofridi, qui major natus erat, interfectus est. Quo facto, Harioldus rebus suis diffidens, ad imperatorem venit, et se in manus illius

(1) All. *Norburtum*, *Nordusbertum*.

(2) All. *Richoinum*, *Richonium*, *Richwinum*.

(3) Ita legunt Nuenar. et D. Bouq. — Cod. Hannov. *Pitavinum comitem*; Freher. *Pictavium*; Pertz: *Patavinum*.

(4) Nuenar. com. et D. Bouq. *misit*.

(5) *Iid. sui fines misit*.

(6) *Iid. donavit et in regnum*.

(7) Cod. Hannoveranus: *Hlutarium*; cod. Vindobonensis 110: *Lutharium*. — Nuenarius com. et D. Bouq.: *Lotharium* et ita deinceps.

avaient été adressés à son prédécesseur, mais qui avaient accompli leur mission auprès de lui, leur adjoignit le spathaire Christophe et le diacre Grégoire, ses ambassadeurs, chargés de remettre à l'empereur Charles une copie et la ratification du traité d'alliance (1). Louis, après avoir donné audience à ces députés, les congédia, en envoyant avec eux Norbert, évêque de Reggio, et Richwin, comte de Poitiers, chargés de renouveler l'alliance avec l'empereur Léon, et de confirmer le traité. Il tint ensuite, à Aix-la-Chapelle, l'assemblée générale de la nation, et envoya, dans toutes les parties de l'empire, des commissaires pour rendre la justice et remédier aux abus qui pesaient sur le peuple. Il fit venir auprès de lui Bernard, roi d'Italie, son neveu, et le renvoya dans ses états comblé de présents. Il conclut et confirma avec Grimoald, duc des Bénéventins, un nouveau traité, aux mêmes conditions que son père, c'est-à-dire que les Bénéventins s'obligèrent à payer un tribut annuel de 7,000 sous (2). Il envoya ensuite deux de ses fils, Lothaire et Pépin, l'un en Bavière, l'autre en Aquitaine. Vers le même temps Hériold et Reginfrid, rois des Danois, qui, l'année précédente, avaient été vaincus par les fils de Godefrid et chassés de leurs états, rassemblèrent de nouvelles forces, et recommencèrent la guerre. Cette querelle coûta la vie à Reginfrid et à l'aîné des fils de Godefrid. Après cela, Hériold se défiant du succès de son entreprise, se rendit auprès de Louis, et se mit sous sa protection.

(1) Suivant le P. Pagi, ces ambassadeurs venaient solliciter les secours des Francs contre les invasions des Bulgares.

(2) Le traité fut modifié par Louis-le-Débonnaire à l'avantage des Bénéventins, car nous avons vu qu'en 812 le tribut avait été fixé par Charlemagne à 25,000 sous d'or. Voy. p. 301, n. 2.

commendavit; quem ille susceptum in Saxoniam ire, et opportunum tempus expectare jussit, quo ei, sicut petierat, auxilium ferre potuisset.

DCCCXV.

Jussum est ab imperatore ut Saxones et Abodriti ad hanc expeditionem præpararentur, temptatumque in illa hyeme duabus vicibus si Albis transiri posset (1), sed mutatione subita aeris emolliti glacie fluminis resoluta, negotium remansit infectum, donec tandem hyeme transacta, circa medium fere maium mensem, opportunum proficiscendi tempus arrisit. Tunc omnes Saxonici comites omnesque Abodritorum copiæ, cum legato imperatoris Baldrico (2), sicut jussum erat, ad auxilium Harioldo (3) ferendum trans Ægidoram fluvium in terram Nortmannorum in loco nomine Sinlendi (4) perveniunt, et inde profecti, septimo tandem die in loco qui dicitur (5) *** in littore Oceani castra ponunt: ibique stativis triduo habitis, cum filii Godofridi, qui (6), contra eos magnis copiis et ducenarum navium classe comparata, in insula quadam tribus millibus a continenti separata, residebant, cum eis congregari non auderent, vastatis circumquaque vicinis

(1) Ita habet Pertz cum codd. Hannov., Vindobon. 110 et Amberg. — D. Bouq. *Albiam transire possent*. Freherus: *Albia transiri potuisset*.

(2) All. *Balderico, Baldericho*.

(3) Ita fere omnes codd. — D. Bouq. cum Nuen. com. *Heriholto*.

(4) Cod. Vindobonn. 110: *Sindlendi*. Freher. *Sialandiam*.

(5) Hæc verba *in l. q. d.* desunt ap. Freher. et D. Bouq.

(6) Hunc locum Nuenarius com. et D. Bouq., verbo *qui* omisso, sic legunt: *cum filii G., contra eos.... residerent, ipsique cum....*

L'empereur l'accueillit, et lui ordonna d'aller attendre en Saxe le moment où il pourrait lui fournir les secours qu'il demandait.

815.

L'empereur donna aux Saxons et aux Abodrites l'ordre de se préparer pour cette expédition. Pendant l'hiver on tenta, à deux reprises, le passage de l'Elbe; mais, par un changement subit de l'atmosphère, la température s'étant adoucie, la glace qui couvrait le fleuve se brisa, et le passage ne put s'effectuer. Ce ne fut donc qu'après l'hiver, vers le milieu de mai, que le temps parut favorable pour entrer en campagne. Alors tous les comtes des Saxons et toutes les troupes des Abodrites se réunirent, conformément aux ordres de l'empereur, sous la conduite de Baldéric, son lieutenant, pour soutenir Hériold; et, passant l'Eyder, ils arrivèrent à l'endroit nommé Silendi (1), dans le pays des Nortmands. Partis de là, ils parvinrent, après sept jours de marche, sur les bords de l'Océan, au lieu que l'on appelle ***, où ils placèrent leur camp et s'arrêtèrent trois jours. Cependant, comme les fils de Godefrid, qui avaient rassemblé pour cette guerre des troupes nombreuses et une flotte de deux cents vaisseaux, restaient dans une île séparée du continent par un bras de mer de trois milles de largeur (2), sans oser en venir aux

(1) M. Pertz place cette position, sans la préciser, dans l'est de la Chersonèse Cimbrique, Jutland méridional. Suivant Eckhart, II, 118, il faudrait lire *Filendi*, d'où Filendisburg, aujourd'hui Flensburg, à l'extrémité S. O. du *Flensborg-Fiord*, sur la mer Baltique (Jutland mérid., Danemark).

(2) Probablement l'une des deux îles de Sylt ou de Nordstrand, dans la mer du Nord, sur la côte orientale du Jutland.

pagis et acceptis popularium obsidibus XL (1), ad imperatorem in Saxoniam reversi sunt. Ipse enim tunc temporis in loco qui dicitur Padrabrun generalem populi sui conventum habebat. Ibi ad eum omnes orientalium Sclavorum primores et legati venerunt. Sed antequam illuc veniret (2), id est cum adhuc domi esset, allatum est ei quosdam de primoribus Romanorum ad interficiendum Leonem papam in ipsa urbe Roma conspirasse, ac deinde, cum hujus causæ indicium ad pontificem esset delatum, omnes illius factionis auctores ipsius jussu fuisse trucidatos. Quod cum moleste ferret, ordinatis tunc Sclavorum et Herioldi rebus, ipsoque in Saxonia dimisso, cum ad Francofurd palatium venisset, Bernhardum regem Italiae, nepotem suum, qui et ipse secum in Saxonia fuerat, ad cognoscendum quod nunciabatur Romam mittit. Is cum Romam venisset, ægritudine decubuit, res tamen quas compererat per Geroldum comitem, qui ad hoc ei legatus fuerat datus, imperatori mandavit. Quem legati pontificis, Johannes episcopus Silvæ-Candidæ, Theodorus nomenclator et Sergius dux, subsequuti, de his quæ domino suo objiciebantur, per omnia imperatori satisfecerunt. Legati Sardorum de Carali civitate dona ferentes venerunt. Pax quæ cum Abulaz rege Sarracenorum facta, et per triennium servata erat, velut inutilis rupta, et contra eum iterum bellum susceptum est. Nordbertus episcopus et Richwinus comes de Constantinopoli regressi, descrip-

(1) D. Bouq. xli.

(2) D. Bouq. cum Nuenar. comite: *Priusquam tamen illuc veniret, sed domi adhuc esset.*

mains, les troupes impériales, après avoir ravagé tous les pays environnants et reçu des habitants quarante otages, retournèrent en Saxe auprès de l'empereur. Ce prince tenait alors, dans le lieu nommé Paderborn, l'assemblée générale de la nation, et ce fut là que les principaux chefs et les députés des Slaves orientaux vinrent le trouver. Quelque temps auparavant, lorsqu'il était encore à Aix-la-Chapelle, on était venu lui annoncer que des nobles romains ayant formé, dans Rome même, une conspiration contre la vie du pape Léon, celui-ci, instruit du complot, en avait fait arrêter et mettre à mort tous les auteurs. L'empereur en conçut un vif mécontentement. Il régla donc les affaires des Slaves et d'Hériold, qui fut laissé en Saxe; et, s'étant rendu à son palais de Francfort, il chargea son neveu Bernard, roi d'Italie, qui était venu en Saxe avec lui, d'aller à Rome prendre connaissance de ce qu'on lui avait annoncé. Bernard en arrivant tomba malade; mais il manda à l'empereur tout ce qu'il avait appris de cette affaire, par le comte Gérold, qui lui avait été adjoint à cet effet. Celui-ci fut suivi de près par les ambassadeurs du pape, Jean, évêque de Blanche-Selve, le nomenclateur Théodore, et le duc Sergius, qui satisfirent pleinement l'empereur sur tout ce qui était reproché à leur maître. Des députés sardes partis de Cagliari vinrent alors apporter des présents. La paix qui avait été conclue avec Abulaz (1), roi des Sarrasins, et que l'on observait depuis trois ans, fut rompue comme dérisoire, et la guerre reprise contre lui. Cependant l'évêque Nordbert et le comte Richwin revinrent de

(1) Abulaz, *Aboulassy*, le *Méchant*, surnom, défiguré par les chroniqueurs, d'Hakam, roi de Cordoue.

tionem pacti, quam Leo imperator eis dederat, detulerunt. Qui inter cætera terræ motum gravissimum mense augusto per continuos quinque dies ibi contigisse retulerunt, quo et ipsius urbis ædificia complura cecidisse, et aliarum civitatum populos ruinis oppressos esse testati sunt. Sed et in Gallia Santones, civitas Aquitanianæ, mense septembrio dicitur tremuisse. Hrenus fluvius Alpinis imbribus auctus, ultra solitum exundavit. Romani, cum Leonem papam ægritudine decubuisse viderent, collecta manu, omnia prædia quæ idem pontifex in singularum civitatum territoriis noviter extruxerat, primo diripiunt, deinde immisso igne cremant, tum Romam ire statuunt, et quæ sibi erepta querebantur violenter auferre. Quo comperto, Bernhardus rex, missa manu per Winigisum ducem Spolitinum, et seditionem illam sedavit, et eos ab incepto (1) desistere fecit: quæque erant gesta, per legatos imperatori nuntiavit.

DCCCXVI.

Hieme transacta, Saxones et orientales Franci expeditionem in Sorabos Sclavos, qui dicto audientes non erant, facere jussi, imperata strenue compleverunt, et contumacium audaciam non magno labore compresserunt. Nam una civitate expugnata, quicquid

(1) D. Bouq. cum Nuenar. com. a cæpto.

Constantinople avec la copie du traité qui leur avait été remise par l'empereur Léon. Ils rapportèrent, entre autres choses, que, pendant qu'ils étaient dans cette ville, on avait ressenti au mois d'août, cinq jours de suite, les secousses d'un violent tremblement de terre, qui, d'après leur témoignage, avait renversé la plupart des édifices de Constantinople, et, dans d'autres villes, écrasé sous les ruines un grand nombre d'habitants. En Gaule, cette même année, on dit qu'au mois de septembre, la ville de Saintes, en Aquitaine, éprouva également quelques secousses, et le Rhin, grossi par les eaux venues des Alpes, déborda d'une manière extraordinaire. Cependant les habitants des états romains, voyant le pape Léon retenu au lit par une grave maladie, se réunissent en armes, pillent, incendient toutes les maisons qu'il avait fait construire sur le territoire de chaque ville, et se décident à marcher vers Rome pour y reprendre à force ouverte ce qu'on leur avait, disaient-ils, injustement enlevé. Informé de ce soulèvement, le roi Bernard l'eut bientôt apaisé en envoyant, sous les ordres de Winigise, duc de Spolète, quelques troupes, qui empêchèrent les Romains d'exécuter leur projet. Il expédia ensuite des messagers pour rendre compte à l'empereur de ce qu'il avait fait.

816.

Après l'hiver, les Saxons et les Francs orientaux reçurent l'ordre de marcher contre les Slaves Sorabes qui ne voulaient plus obéir. Ils s'acquittèrent courageusement de cette mission, et réprimèrent, sans beaucoup de peine, l'audace des rebelles. En effet, la prise d'une seule ville suffit pour que tout ce qui montrait du penchant à la révolte dans cette nation promît de se soumettre et

in ea gente rebelle videbatur, subjectione promissa, conquievit. Wascones, qui trans Garonnam et circa Pyreneum montem habitant, propter sublatum ducem suum nomine Sigiwinum (1), quem imperator ob nimiam ejus insolentiam ac morum pravitatem inde sustulerat, solita levitate commoti, conjuratione facta, omnimoda defectione desciverunt; sed duabus expeditionibus ita sunt edomiti, ut tarda eis deditio et pacis impetratio videretur. Interea domnus Leo papa anno pontificatus sui vicesimo primo, circiter VIII kal. jun. de corpore (2) migravit: Stephanusque diaconus in locum ejus electus atque ordinatus est, nondumque duobus post consecrationem suam exactis mensibus, quam maximis potuit itineribus ad imperatorem venire contendit, missis interim duobus legatis, qui quasi pro sua consecratione imperatori suggererent. Quod ubi imperator audivit, Remis ei statuit occurrere, missisque obviam hiis qui eum illo deducerent, adventum ejus præveniens, cum magno eum ibidem honore suscepit. Qui statim imperatori adventus sui causam insinuans, celebratis ex more missarum solemniis, eum diadematis impositione coronavit. Multis deinde inter eos muneribus et datis et acceptis, conviviiisque opipare (3) celebratis, et amicitia vicissim firmissimo robore constituta, aliisque utilitatibus sanctæ Dei Ecclesiæ pro temporis opportunitate dispositis, pontifex Romam, imperator Compendium palatium petiit. Ibi commoratus (4), legatos

(1) All. *Sigewinum*, *Siguwinum*, *Sigwinum*.

(2) D. Bouq. *a seculo migravit*.

(3) Ita habet Pertz, cum codd. Vindobon. 654, et Hannov. — D. Bouq. et Nuen. com. *opime*.

(4) *Iid.* *cum moraretur*.

se tint tranquille. Les Gascons qui habitent au delà de la Garonne, à l'entour des Pyrénées, irrités de ce qu'on leur enlevait leur duc Sigwin, que l'empereur avait dû rappeler à cause de son insolence et de sa dépravation, se laissèrent entraîner par leur légèreté naturelle, et se déclarèrent en révolte ouverte. Mais deux campagnes les réduisirent si bien, qu'il leur tardait de se soumettre et d'obtenir la paix. Cependant, le pape Léon quitta cette vie dans la vingt et unième année de son pontificat, vers le 8 des calendes de juin (1). Le diacre Étienne fut élu et ordonné à sa place. Deux mois s'étaient à peine écoulés depuis sa consécration, qu'il s'empressa, en voyageant aussi vite que possible, de se rendre auprès de l'empereur, à qui il avait déjà envoyé deux ambassadeurs comme pour lui annoncer son avènement. Dès qu'il eut appris cette détermination du pape, l'empereur résolut de s'avancer jusqu'à Reims pour l'y recevoir, et envoya au-devant de lui des gens chargés de le conduire dans cette ville (2). Il y arriva le premier, et l'y accueillit avec les plus grands honneurs. Le premier soin du pontife fut de faire connaître à l'empereur la cause de son voyage; et, après avoir célébré la messe avec la solennité accoutumée, il le couronna en lui plaçant le diadème sur le front. Après avoir ensuite échangé de nombreux présents, et célébré des festins magnifiques; après avoir resserré leur alliance par les liens les plus forts, et réglé, aussi bien que le permettaient les circonstances, les intérêts de la sainte Église de

(1) Léon mourut le 3 des ides de juin, 11 juin 816. Étienne IV, son successeur, fut ordonné le 22 du même mois.

(2) Théodulf, évêque d'Orléans; Jean, archevêque d'Arles, et l'archichaplain Hildebald.

Abodritorum, et de Hispania legatos Abdirahman, filii Abulaz regis, ad se missos suscepit; completisque ibi viginti vel eo amplius diebus, Aquasgrani ad hiemandum profectus est.

DCCCXVII.

Legati Abdirahman filii Abulaz, regis Sarracenorum, de Cæsaraugusta missi, pacis petendæ gratia venerunt, et Compendio ab imperatore auditi, Aquasgrani eum præcedere jussi sunt. Quo cum pervenisset, legatum Leonis imperatoris de Constantinopoli, pro Dalmatarum (1) causa missum, Niciforum nomine, suscepit, quem etiam, quia Cadolah (2), ad quem illorum confinium cura pertinebat, non aderat, et tamen brevi venturus putabatur, adventum illius jussit opperiri. Quo veniente, ratio inter eum et legatum imperatoris de quæstionibus quas idem detulit, habita est; et quia res ad plurimos et Romanos et Sclavos pertinebat, neque sine illorum præsentia finiri posse videbatur, illo decernenda differtur, missusque ad hoc cum Cadolah et prædicto legato in Dalmatiam Albigarius, Unrochi nepos. Legati etiam Abdirahman, cum tribus mensibus detenti essent, et jam de reditu desperare coepissent, remissi sunt. Filii quoque Godofridi regis Danorum, propter assiduam Herioldi infestationem, missa ad imperatorem legatione, pacem petunt, eam-

(1) All. *Dalmaticorum, Dalmatinorum.*

(2) All. *Cadolach, Kadolone, Cadolone.*

Dieu, le pontife reprit le chemin de Rome, et l'empereur se rendit à son palais de Compiègne. Pendant qu'il y séjournait, il reçut les députés des Abodrites et ceux que lui envoya d'Espagne Abdalrahman (1), fils du roi Abulaz. Après être resté en cet endroit vingt jours, ou même un peu plus, il se rendit à Aix-la-Chapelle pour y passer l'hiver.

817.

Les ambassadeurs envoyés de Saragosse par Abdalrahman, fils d'Abulaz, roi des Sarrasins, étaient venus pour demander la paix. Après leur avoir donné à Compiègne une première audience, l'empereur leur enjoignit d'aller l'attendre à Aix-la-Chapelle. Arrivé dans cette ville, il y reçut un envoyé de Léon, empereur de Constantinople, nommé Nicéphore, et chargé de traiter l'affaire des Dalmates. Mais comme Cadolah, qui avait la garde de la frontière de Dalmatie, était absent, et qu'il était attendu d'un moment à l'autre, on prescrivit à Nicéphore de demeurer jusqu'à son retour. Cadolah, aussitôt qu'il fut arrivé, eut avec lui plusieurs conférences au sujet des réclamations que celui-ci lui exposa. Mais comme l'affaire intéressait un grand nombre de Romains et de Slaves, et qu'on ne voyait pas moyen de la terminer sans eux, on remit à la décider sur les lieux mêmes; et, à cet effet, Albigaire, neveu d'Unroch, fut chargé d'accompagner en Dalmatie Cadolah et l'ambassadeur grec. Dans le même temps, les envoyés d'Abdalrahman, qui étaient retenus depuis trois mois, et qui commençaient à désespérer de leur retour, furent congédiés. Les fils de Godefrid, roi des Danois,

(1) Abd-alrahman II.

que a se servandam pollicentur; sed cum hæc simulata magis quam veracia viderentur, velut inania neglecta sunt, et auxilium contra eos Herioldo datum. Luna non. febr. hora noctis secunda defecit, et cometes in signo Agitatoris (1) apparuit.

Interea Stephanus papa tertio postquam Romam venerat mense, sed nondum exacto, circiter viii kal. febr. diem obiit. Cui Paschalis successor electus, post completam solemniter ordinationem suam, et munera et excusatoriam imperatori misit epistolam, in qua sibi non solum nolenti, sed etiam plurimum renitenti, pontificatus honorem velut impositum (2) asseverat. Missa tamen alia legatione, pactum quod cum præcessoribus suis factum erat, etiam secum fieri et firmari rogavit. Hanc legationem Theodorus nomenclator et detulit, et ea quæ petierat impetravit. Feria quinta, qua Cœna Domini celebratur, cum imperator ab ecclesia, peracto sacro officio, remearet, lignea porticus per quam incedebat, cum ex fragili materia esset ædificata, et tunc jam marcida et putrefacta, quæ contignationem et tabulatum sustinebant, transtra pondus aliquod ferre non possent, incedentem desuper imperatorem subita ruina cum viginti et eo amplius hominibus qui una ibant ad terram usque depressit (3). Qui casus cum plerosque ex his qui simul deciderant graviter affecisset, illi tamen nihil aliud (4) læsionis intulit, præ-

(1) Ita legit Pertz, cum plerisq. codd. — D. Bouq. cum Frehero et Nuen. comit. *Sagittarii*.

(2) Pertz, cum sex codd. *velut inpactum adseverat*. — Codd. Hann. et Vindobonn. 110 et 990: *impositum intimavit*.

(3) Pertz: *deposuit*.

(4) Sic omnes codd. — Pertz cum uno cod. Vindob. 654: *aliut*.

fatigués des ravages continuels qu'Hériold faisait sur leurs terres, envoyèrent aussi une ambassade à l'empereur pour lui demander la paix, promettant de l'observer eux-mêmes fidèlement. Mais, comme on jugea que leurs protestations étaient plus feintes que sincères et qu'elles n'avaient rien de sérieux, on n'en tint compte, et de nouveaux secours furent envoyés à Hériold. Le jour des nones de février, à la seconde heure de la nuit, il y eut éclipse de lune, et une comète apparut dans le signe du Sagittaire.

Sur ces entrefaites le pape Étienne mourut vers le 8 des calendes de février (1), avant la fin du troisième mois depuis son retour à Rome. Il eut pour successeur Pascal, qui, après les cérémonies de son ordination, envoya à l'empereur des présents et une lettre d'excuse, dans laquelle il prétendait que l'honneur du pontificat lui avait été comme imposé, non-seulement malgré son refus, mais même malgré tous ses efforts pour le repousser. Cependant il envoya une autre ambassade pour prier l'empereur de vouloir bien ratifier et confirmer avec lui l'alliance faite avec ses prédécesseurs. Le nomenclateur Théodore fut chargé de cette mission et obtint ce qu'il demandait. Le jour où l'on célèbre la cène du Seigneur, le jeudi de la semaine sainte, comme l'empereur, revenant de l'église, après avoir entendu l'office, passait sur un portique de bois, ce portique, qui était construit en matériaux fragiles, et dont la charpente et le plancher étaient tellement pourris et vermoulus qu'ils ne pouvaient plus supporter la moindre surcharge, s'écroula

(1) Étienne mourut le 9 des calendes de février, 24 janvier 817. Pascal I^{er}, son successeur, fut élu à l'unanimité, et consacré le lendemain.

ter quod capulo gladii, quo accinctus erat, imi pectoris pars sinistra contusa est, et auris dextra in parte posteriore vulnerata, femur quoque dextrum cujusdam ligni pondere juxta inguina collisum. Sed instantia (1) medicorum, qui ei curam adhibebant, summa celeritate convaluit. Nam vicesima postquam id acciderat die Noviomagum profectus, venatu sese exercebat. Unde reversus, generalem populi sui conventum Aquisgrani more solito habuit, in quo filium suum primogenitum Hlotharium coronavit, et nominis atque imperii sui socium sibi constituit, cæteros reges appellatos, unum Aquitaniæ, alterum Bajoariæ præfecit. Conventu peracto (2), cum Vogesi saltum venandi gratia peteret, obvios habuit legatos Leonis imperatoris, quos cum in Ingelheim palatio juxta Mogontiacum civitatem audisset, ac legationem eorum non aliam esse, nisi quam Niciforus ejusdem imperatoris legatus proxime attulerat, comperisset, celeriter absolutos dimisit, et quo tendebat proficiscitur. Nunciataque defectione Abodritorum et Sclaomiri, comitibus tantum qui juxta Albim in præsidio residere solebant, ut terminos sibi commissos tuerentur, per legatum mandavit. Causa defectionis erat, quod regiam potestatem, quam Sclaomir eatenus post mortem Thrasconis solus super Abodritos tenebat, cum Ceadrago filio Thrasconis partiri jubebatur; quæ res illum tam graviter exacerbavit, ut affirmaret se nunquam posthac Albim fluvium transiturum, neque ad palatium venturum. Statim missa trans mare legatione, junxit amicitias cum filiis Godofridi, et

(1) D. Bouq. cum Nuen. comite : *opera.*

(2) D. Bouq. *Conventu vero peracto.*

tout à coup sous les pieds de l'empereur et le précipita jusqu'à terre avec une vingtaine de personnes qui l'accompagnaient. Cet accident occasionna des blessures graves à la plupart de ceux qui tombèrent avec l'empereur ; quant à lui, il n'eut d'autre mal qu'une contusion que lui fit au bas de la poitrine, vers le côté gauche, la poignée de son épée, une blessure derrière l'oreille droite, et une autre contusion à la cuisse droite, près de l'aîne, causée par le choc d'un éclat de bois. Mais, grâce aux médecins qui le soignaient, il se rétablit très-promptement, car vingt jours après l'événement, il partait pour Nimègue, et se livrait au plaisir de la chasse. Étant revenu à Aix-la-Chapelle, il y tint, suivant l'usage, l'assemblée générale de la nation. Il fit dans cette assemblée couronner Lothaire, son fils aîné, l'associa au titre et à la dignité d'empereur, et, donnant à ses deux autres fils le titre de rois, il confia à l'un le gouvernement de l'Aquitaine, à l'autre celui de la Bavière. Après avoir clos l'assemblée, il se dirigeait vers la forêt des Vosges pour y chasser, lorsqu'il rencontra les ambassadeurs de l'empereur Léon. Il leur donna audience dans son palais d'Ingelheim, près de la ville de Mayence ; mais voyant que leur mission ne différait en rien de celle que Nicéphore, envoyé par le même prince, venait de remplir auprès de lui, il les congédia promptement et poursuivit son voyage. Ayant appris la défection de Sclaomir et des Abodrites, il se contenta d'en avertir par un messenger les comtes qui occupaient les places fortes sur les rives de l'Elbe, pour qu'ils eussent à garantir la frontière confiée à leur garde. La cause de cette révolte était l'ordre donné à Sclaomir de partager avec Céadrag, fils de Thrasicon, le pouvoir suprême qu'il exerçait seul sur les Abodrites

ut exercitus in Saxoniam transalbianam (1) mitteretur impetravit. Nam et classis eorum per Albim usque ad Esesfelth castellum venit, quæ totam Sturiæ fluminis ripam devastavit; et Gluomi, Nordmannici limitis custos, pedestres copias ducens, simul cum Abodritis terreno itinere ad ipsum castellum accessit. Quibus cum nostri fortiter restitissent, ommissa castelli oppugnatione, discesserunt. Interea cum imperator venatione peracta de Vogeso Aquasgrani reverteretur, nunciatum est ei Bernhardum, nepotem suum, Italiæ regem, quorundam pravorum hominum consilio tyrannidem meditatam, jam omnes aditus, id est clusas (2), quibus in Italiam intratur, impositis firmasse præsiidiis, atque omnes Italiæ civitates in illius verba jurasse; quod ex parte verum, ex parte falsum erat. Ad quos motus comprimendos cum, ex tota Gallia atque Germania congregato summa celeritate magno exercitu, imperator Italiam intrare (3) festinasset, Bernhardus rebus suis diffidens, maxime quod se a suis quotidie deseri videbat, armis depositis, apud Cabillonem (4) imperatori se tradidit; quem cæteri secuti, non solum armis depositis se dediderunt, verum ultro et ad primam interrogationem omnia uti gesta erant aperuerunt. Hujus conjurationis principes fuere Eggideo, inter amicos regis primus, et Reginhardus camerarius (5) ejus, et Reginharius Me-

(1) Nuenar. com. et D. Bouq. *e. trans Albim.*

(2) Codd. Trevir., Hannover., et Vindobonn. 110 et 990 : *clausas.*

(3) D. Bouq. *ad Italiam festinasset.*

(4) All. *Cavillionem, Cavillonem.*

(5) Nuenar. com. et D. Bouq. *cubicularius.*

depuis la mort de ce dernier. Cette mesure exaspéra tellement Sclaomir, qu'il fit serment de ne plus traverser l'Elbe, de ne plus jamais se rendre au palais de l'empereur, et qu'ayant aussitôt envoyé une ambassade sur l'autre rive du détroit pour faire alliance avec les fils de Godefrid, il obtint d'eux qu'une armée pénétrerait dans la Saxe de l'autre côté de l'Elbe. En effet, leur flotte remonta ce fleuve jusqu'au château d'Esselfelt (1), et ravagea toute la rive de la Sture; mais Gluomi, comte de la marche du Nord, s'étant avancé par terre avec un corps d'infanterie, arriva en même temps que les Abodrites sous les murs du château. Les nôtres opposèrent à l'ennemi une vigoureuse résistance, et le forcèrent de lever le siège et de se retirer. Sur ces entrefaites, tandis que l'empereur, après avoir terminé ses chasses dans les Vosges, revenait à Aix-la-Chapelle, il reçut la nouvelle que son neveu Bernard, roi d'Italie, cédant à de mauvais conseils, voulait se rendre indépendant, que déjà il avait fait fortifier tous les passages ou cluses par lesquels on pénètre en Italie, et que toutes les villes lui avaient juré fidélité; il y avait du vrai et du faux dans cette nouvelle. L'empereur, impatient de réprimer cette insurrection, rassembla à la hâte de toutes les parties de la Germanie et de la Gaule une armée formidable, et se dirigea à marches forcées vers l'Italie. Cependant Bernard, inquiet sur le résultat de son entreprise, parce qu'il voyait que chaque jour il était abandonné par quelqu'un des siens, déposa les armes et vint à Châlon se livrer à l'empereur. Tous ses partisans l'imitèrent, et non-seulement ils mirent bas les armes et se rendirent à discrétion, mais d'eux-mêmes, et à la première question

(1) Voy. ci-dessus, p. 285, n. 1.

ginharii comitis filius, cujus maternus avus Hardradus olim in Germania, cum multis ex ea provincia nobilibus, contra Karolum imperatorem conjuravit. Erant præterea et alii multi præclari et nobiles viri, qui in eodem scelere deprehensi sunt, inter quos et aliqui episcopi, Anshelmus Mediolanensis, et Wolfoldus Cremonensis, et Theodulphus Aurelianensis fuere.

DCCCXVIII.

Detecta fraude, et conjuratione patefacta, ac seditiosis omnibus in potestatem suam redactis, imperator Aquasgrani revertitur, transactoque quadragesimali jejunio, paucis post sanctum Pascha diebus, conjurationis autores, qui superius nominati sunt, et Bernhardum (1) regem, judicio Francorum capitali sententia condemnatos, luminibus tantum jussit orbari, episcopos synodali decreto depositos monasteriis mancipari, cæteros, prout quisque vel nocentior vel innocentior apparebat, vel exilio deportari (2), vel detondi atque in monasteriis conversari. Atque his ita dispositis, ipse cum maximo exercitu Britanniam aggressus, generalem conventum Venedis habuit. Inde memoratam provinciam ingressus, captis rebellium munitio- nibus, brevi totam in suam potestatem non magno

(1) Vox *Bernhardum* a Pertzio omittitur.

(2) D. Bouq. cum Nuenar. comite : *exilio proscribi*.

qu'on leur adressa, ils déclarèrent tout ce qui s'était passé. Les chefs de la conjuration étaient Eggidéon, le plus intime des amis du prince, Réginhard, son chambellan, et Réginhaire, fils du comte Méginhaire, dont l'aïeul maternel Hardrad avait autrefois en Germanie, avec un grand nombre de nobles de cette contrée, tramé un complot contre l'empereur Charles. Beaucoup d'autres personnages illustres et du plus haut rang trempèrent dans le crime de Bernard, et avec eux plusieurs prélats, car Anselme, évêque de Milan, Woldfold, évêque de Crémone, et Théodulf, évêque d'Orléans, furent compromis dans cette affaire.

818.

Après avoir ainsi découvert le complot, après en avoir démêlé toutes les intrigues et mis la main sur tous les conspirateurs, l'empereur revint à Aix-la-Chapelle. Il laissa passer le jeûne de la quadragésime, et quelques jours après Pâques il ordonna que les coupables que nous avons nommés, et avec eux le roi Bernard, condamnés à la peine de mort par le jugement des Francs, seraient seulement privés de la vue (1). Les évêques, préalablement déposés par le décret d'un synode, furent relégués dans des monastères; et quant aux autres, suivant leur degré de culpabilité, ils furent ou punis de l'exil, ou rasés et enfermés dans des couvents. Après avoir terminé cette affaire, l'empereur conduisit lui-même en Bretagne une puissante armée, et ce fut à Vannes qu'il tint l'assemblée générale. Étant ensuite entré dans cette province,

(1) Bernard et son chambellan Réginhard moururent trois jours après l'opération, le 17 avril. Bernard n'avait alors que dix-neuf ans.

labore redegit. Nam postquam Mormanus (1), qui in ea, præter solitum Brittonibus morem, regiam sibi vindicaverat potestatem, ab exercitu imperatoris occisus est, nullus Britto inveniebatur qui resisteret, aut qui imperata facere, aut qui obsides, qui jubebantur, dare renueret. Qua expeditione completa, cum imperator, dimisso exercitu, Andegavos civitatem esset reversus, Irmingardis regina, conjux ejus, quam proficiens ibi ægrotantem dimiserat, duobus diebus postquam ipse ad eam venit, morbo invalescente, v (2) non. octob. decessit. Eclipsis solis contigit VIII id. julii. Imperator per Rotomagum et per Ambianos et Camaracum Aquasgrani ad hibernandum reversus, cum Heristallium venisset, obvios habuit legatos Sigonis, ducis Beneventanorum, dona deferentes, eumque de nece Grimoaldi ducis antecessoris sui excusantes. Erant ibi et aliarum nationum legati, Abodritorum videlicet ac Bornæ, ducis Guduscanorum et Timotianorum (3), qui nuper a Bulgarorum societate desciverant et ad nostros fines se contulerant, simul et Liudewiti (4), ducis Pannoniæ inferioris, qui res novas moliens, Cadolaum comitem et marcæ Forojuliensis præfectum crudelitatis et insolentiæ accusare conabatur. Quibus ibi auditis atque dimissis, imperator Aquasgrani ad hiemandum profectus est.

(1) Al. *Marmamus*.

(2) Cod. Arman. in not. a D. Bouq. laudatus : VI Non. Octob.

(3) Cod. Reg. Paris. 5924 : *Timacianorum*.

(4) Codd. Hannov. et Vindobon. 110 : *Ludewici*; cod. Vindob. 990 : *Ludowiti*; fragm. Amberg. *Liudewici*.

il s'empara des lieux fortifiés par les rebelles, et il eut bientôt, sans beaucoup de peine, réduit tout le pays sous son obéissance. En effet, une fois que Morman, qui, au mépris des usages de son pays, avait usurpé le titre de roi, eut été tué par les troupes impériales, on ne rencontra plus chez les Bretons aucune résistance; pas un d'eux ne refusa d'exécuter les ordres qui furent donnés, ou de livrer les otages que l'on exigea. Cette expédition terminée, l'empereur, qui avait congédié ses troupes, revint dans la cité d'Angers; la reine Irmingarde, sa femme, qu'il y avait laissée malade en partant, succomba au redoublement de la maladie, et mourut deux jours après son arrivée, le 5 des nones d'octobre (1). Le 8 des ides de juillet, il y eut une éclipse de soleil. L'empereur se mit en route par Rouen, Amiens et Cambrai, pour aller passer l'hiver à Aix-la-Chapelle. Arrivé à Héristall, il y rencontra les députés de Sigon, duc de Bénévent, qui lui apportaient des présents et venaient excuser leur maître du meurtre du duc Grimoald, son prédécesseur. Il y avait encore là des députés d'autres nations, ceux des Abodrites, ceux de Borna, duc des Guduscans et des Timotians, qui s'étaient détachés de la confédération des Bulgares pour se transporter sur notre territoire, et enfin ceux de Liudwit, duc de la Pannonie inférieure, qui, machinant de nouvelles intrigues, voulait accuser de cruauté et de tyrannie le comte Cadolah, préfet de la marche du Frioul. Après les avoir entendus et congédiés, l'empereur repartit pour Aix-la-Chapelle où il devait passer l'hiver.

(1) Irmingarde, mère de Lothaire, de Pépin et de Louis, et de trois filles, Adélaïde, Alpaïde et Hildegarde, avait épousé Louis-le-Débonnaire en 798.

DCCCXIX.

Sclaomir, Abodritorum rex, ob cuius perfidiam ulciscendam exercitus Saxonum et orientalium Francorum eodem anno trans Albim missus fuerat, per præfectos Saxonici limitis et legatos imperatoris qui exercitui præerant, Aquasgrani adductus est. Quem cum primores populi sui, qui simul jussi venerant, multis criminibus accusarent, et ille rationabili defensione objecta sibi refellere non valeret, exilio condemnatus est, et regnum Ceadrago, Thrasconis filio, datum. Simili modo et Lupus Centulli, Wasco, qui cum Berengario Tolosæ et Warino Arverni comite eodem anno prælio confligit, in quo et fratrem Garandum (1) singularis amentia hominem amisit (2), et ipse, nisi sibi fugiendo consulisset, prope interitum fuit, cum in conspectum imperatoris venisset, ac de perfidia, cuius a memoratis comitibus immane (3) accusabatur, se purgare non potuisset, et ipse temporali exilio est deportatus (4).

Conventus Aquisgrani post Natalem Domini habitus, in quo multa de statu ecclesiarum et monasteriorum tractata atque ordinata sunt, legibus etiam capitula quædam pernecessaria, quia deerant, conscripta atque addita sunt. Quo peracto, imperator, inspectis plerisque nobilium filiabus, Huelpi (5)

(1) All. *Garuhandum, Garhardum.*

(2) D. Bouq. cum Nuen. *hominem perdidit.*

(3) *Immane* deest ap. D. Bouq. — Freherus: *immaniter.*

(4) D. Bouq. cum Nuen. comite: *exilio deportatus.*

(5) Ita legit Pertz, cum plerisq. codd. — D. Bouq. et Nuen. com. *Welpi.*

819.

Cette même année, une armée composée de Francs orientaux et de Saxons avait été envoyée au delà de l'Elbe pour punir Sclaomir, roi des Abodrites, de sa perfidie. Il fut amené à Aix-la-Chapelle par les préfets de la marche Saxonne et les lieutenants de l'empereur qui avaient été chargés de diriger cette expédition. Les principaux de sa nation, qui avaient reçu l'ordre de l'accompagner, lui imputèrent une multitude de crimes, et comme il ne put alléguer aucune raison valable pour détruire les accusations portées contre lui, il fut condamné à l'exil, et le royaume des Abodrites fut donné à Céadrag, fils de Thrasicon. Il en arriva autant au Gascon Loup de Centulle, qui avait livré la même année, à Bérenger, comte de Toulouse, et à Warin, comte d'Auvergne, un combat dans lequel il avait perdu son frère Garsand, homme singulièrement insensé, et où lui-même aurait succombé, s'il n'eût cherché son salut dans une prompte fuite. Il comparut devant l'empereur, et comme il ne put se purger des accusations de perfidie intentées contre lui par ces mêmes comtes, il fut condamné à un exil temporaire.

L'assemblée générale se tint à Aix-la-Chapelle après Noël; on s'y occupa longuement de l'état des églises et des monastères, et l'on arrêta de nombreuses dispositions à cet égard. Quelques capitulaires dont on avait reconnu la nécessité parce qu'ils formaient lacune, furent aussi rédigés dans cette assemblée et ajoutés aux lois (1). Ces affaires terminées, l'empereur, s'étant fait présenter les filles de la plupart des familles nobles, choisit pour

(1) Voy. ces capitul. dans Baluze, I, 597 et suiv.

comitis filiam, nomine Judith, duxit uxorem. Iterumque conventus mense julio apud Ingelheim palatium habitus, et exercitus de Italia in Pannoniam propter Liudewiti rebellionem missus, qui rebus parum prospere gestis, infecto pene negotio regressus est. Liudewitus vero superbia elatus, legatos quasi pacem petendo ad imperatorem misit, condiciones quasdam proponens, ad quarum concessionem ea quæ juberentur se facturum pollicebatur. Quas cum imperator non reciperet, aliasque ei per suos legatos proponeret, permanendum sibi in inchoata perfidia velut optimum judicans, missis circumquaque legatis, vicinas juxta se (1) gentes ad bellum sollicitare curavit. Timotianorum quoque populum, qui dimissa Bulgarorum societate ad imperatorem venire ac ditioni ejus se permittere gestiebat, ne hoc efficeret, ita interceptit ac falsis persuasionibus illexit, ut, omisso quod facere cogitabat, perfidiæ illius socius et adjutor existeret. Exercitu vero de Pannonia reverso, Cado-lah, dux Forojuliensis, febre correptus, in ipsa marchia decessit. Cui cum Baldricus esset subrogatus, et in Carantanorum regionem, quæ ad ipsius curam pertinebat, fuisset ingressus, obvium ibi habuit Liudewiti exercitum, quem juxta Dravum fluvium iter agentem parva manu aggressus, pluribus interfectis, et avertit, et de illa provincia fugavit. Borna vero, dux Dalmatiæ, cum magnis copiis ad Colapium (2) fluvium Liudewito ad se venienti occurrens, in prima congressione a Guduscanis deseritur; auxilio tamen

(1) *Juxta se* deest ap. Nuen. comit. et D. Bouq.

(2) Al. *Colampium*.

femme Judith, fille du comte Welph (1). Il tint au mois de juin une nouvelle assemblée dans son palais d'Ingelheim, et fit passer d'Italie dans la Pannonie, pour réprimer la révolte de Liudwit, une armée qui réussit peu dans ses opérations, et revint sans avoir presque rien fait. Quant à Liudwit, enflé d'orgueil, il envoya des députés vers l'empereur comme pour lui demander la paix, et proposa certaines conditions, promettant, si on les accordait, d'obéir à tout ce qui lui serait prescrit. L'empereur n'ayant pas voulu les accepter, lui en fit proposer d'autres. Mais lui, pensant qu'il ne pouvait mieux faire que de persister dans la trahison où il s'était déjà engagé, envoya des ambassadeurs à toutes les nations voisines pour les solliciter de s'unir à lui dans cette guerre. Par ces manœuvres les Timotians, peuplade qui s'était séparée de la confédération des Bulgares, en montrant un ardent désir de se donner à l'empereur et de vivre sous sa domination, furent si bien détournés de leur résolution, et Liudwit parvint à les séduire si habilement, que, renonçant à leur premier dessein, ils se rendirent fauteurs et complices de sa perfidie. Au moment où l'armée revenait de Pannonie, Cadolah, duc de Frioul, saisi par la fièvre, mourut sur le territoire même de la marche. Baldric, qui lui fut donné pour successeur, était à peine entré en Carinthie, province comprise dans son gouvernement, qu'il rencontra l'armée de Liudwit qui s'avancait le long des rives de la Drave. Il l'attaqua avec des forces inférieures, et après lui avoir tué beaucoup de monde, il la contraignit de rétrograder et de quitter le pays. Mais Bornas, duc de Dalmatie,

(1) Suivant Eckhart, ce comte Welph, originaire de Bavière, fut la souche de la maison des Guelf.

prætorianorum suorum protectus, evasit. Periit in eo prælio Dragamosus (1), socer Liudewiti, qui in exordio defectionis, relicto genero, Bornæ se conjunxerat. Guduscani domum regressi, iterum a Bornæ (2) subiguntur. At Liudewitus occasionem nactus, cum valida manu, decembrio mense, Dalmatiam ingressus, ferro et igne cuncta devastat. Cui cum Bornæ se penitus imparrem conspiceret, omnia sua castellis inclusit, et ipse cum delecta manu nunc à tergo, nunc à latere insistens, Liudewiti copias et noctu et interdium quacumque (3) poterat laceravit, neque eum in sua provincia impune versari permisit; ad extremum gravi damno affectum, regione sua coegit excedere (4), tribus hominum millibus de exercitu illius interfectis, et trecentis vel eo amplius caballis captis, præter sarcinas et spolia diversi generis direpta; quæ qualiter gesta fuerint, per legatos suos imperatori nunciare curavit.

At in partibus occiduis, Pippinus, imperatoris filius, jussu patris Wasconiam cum exercitu ingressus, sublatis ex ea seditiosis, totam eam provinciam ita pacavit, ut nullus in ea rebellis aut inobediens remansisse videretur. Harioldus quoque jussu imperatoris ad naves suas per Abodritos reductus, in patriam, quasi regnum ibi accepturus, navigavit, cui se duo ex filiis Godefridi, quasi una cum eo regnum habituri, sociasse dicuntur, aliis duobus patria expulsis. Sed hoc

(1) All. *Dramagosus*, *Dragomosus*.

(2) Voces a *Bornæ* in cod. Vindobon. 654 desiderantur.

(3) D. Bouq cum Nuenar. comite : *ubicunque*.

(4) Codd. Hannover. et Vindobonn. 110 et 990 hic legunt : *g. d. affectus regione sua cepit excedere*.

ayant voulu, à la tête de troupes nombreuses, arrêter près de la Kulpa (1) Liudwit, qui marchait sur lui, fut abandonné au premier choc par les Guduscans, et ne dut son salut qu'aux efforts que firent ses gardes pour le protéger. Dragamosus, beau-père de Liudwit, qui avait abandonné son gendre dès le commencement de la révolte pour se joindre à Borna, périt en cette rencontre. Cependant les Guduscans étant rentrés chez eux, furent de nouveau soumis par Borna. Mais Liudwit, saisissant une occasion favorable, entra en Dalmatie au mois de décembre avec des forces considérables, et porta partout le fer et le feu. Alors Borna, qui se voyait hors d'état de tenir la campagne, renferma dans ses châteaux tout ce qu'il possédait, puis, avec une troupe d'élite, se portant tantôt sur les derrières, tantôt sur les flancs de l'armée de Liudwit, il se mit à le harceler jour et nuit, ne lui laissa pas un instant de repos tant qu'il fut sur son territoire, et finit par le forcer à se retirer avec des pertes considérables, après lui avoir tué trois mille hommes et pris plus de trois cents chevaux, sans compter les bagages et des dépouilles de toute espèce. Il eut soin de rendre compte à l'empereur, par des messagers, de tout ce qu'il avait fait.

Cependant à l'ouest, Pépin, fils de l'empereur, ayant, par ordre de son père, conduit une armée en Gascogne, en enleva tous les séditeux, et pacifia si bien cette province, qu'il sembla ne plus y laisser aucun germe de rébellion ou même de désobéissance. Dans le même temps, Hériold fut, sur l'ordre de l'empereur, reconduit par les Abodrites jusqu'à ses vaisseaux, et se dirigea par mer vers son pays, dans l'espérance d'en

(1) Dans la Carniole.

dolo factum putatur. Imperator, conventu dimisso, primo Cruciniacum, deinde Bingiam veniens, secunda aqua Confluentem usque per Hrenum navigavit, inde Arduennam venandi gratia proficiscitur; venatorio quoque exercitio more solemnibus ibidem exacto, Aquasgrani ad hiemandum revertitur.

DCCCXX.

Mense januario conventus ibidem habitus, in quo de Liudewiti defectione deliberatum est, ut tres exercitus simul ex tribus partibus ad devastandam ejus regionem atque ipsius audaciam coercendam mitterentur. Borna quoque primo per legatos, deinde ipse veniens, quid sibi facto opus esse videretur, suggestit. In eo conventu Bera, comes Barcinonæ, qui jamdiu fraudis et infidelitatis a vicinis suis insimulabatur, cum accusatore suo equestri pugna conflare conatus, vincitur. Cumque ut reus majestatis capitali sententia damnaretur, parsum est ei misericordia imperatoris, et Rotomagum exilio deportatus est (1). Transacta hieme, ut primum herba pabulum jumentis præbere potuit, tres illi exercitus contra Liudewitum mittuntur. Quorum unus de Italia per Alpes Noricas, alter per Carantanorum provinciam, tertius per Bajoariam et Pannoniam superiorem intravit: et duo quidem, id est dexter ac sinister, tardius ingressi sunt, eo quod

(1) D. Bouq. cum Nuen. comite: *exilio proscriptus est.*

repandre le gouvernement. On dit que deux des fils de Godefrid se réunirent à lui pour partager l'autorité et expulser les deux autres; mais on crut voir dans cet arrangement le résultat d'intrigues perfides. L'empereur, après avoir clos l'assemblée, se rendit d'abord à Kreuznach (1), de là à Bingen (2), puis, ayant descendu le Rhin jusqu'à Coblenz, il alla chasser dans la forêt des Ardennes. Il se livra à ce plaisir comme d'habitude, et revint ensuite passer l'hiver à Aix-la-Chapelle.

820.

L'assemblée générale se tint dans cette ville au mois de janvier. On s'y occupa de la révolte de Liudwit, et l'on décida que trois armées entreraient dans ses états par trois côtés à la fois, pour ravager ses terres et réprimer son audace. Borna envoya d'abord des messagers, et vint ensuite lui-même pour indiquer ce qu'il croyait utile de faire à cet égard. Durant cette assemblée, Béra, comte de Barcelone, qui depuis longtemps était accusé par ses voisins de perfidie et de trahison, provoqua son accusateur à un combat à cheval, et fut vaincu (3). Déclaré coupable de lèse-majesté, il fut condamné à la peine capitale, mais la clémence de l'empereur l'épargna, et il fut seulement exilé à Rouen. A la fin de l'hiver, dès qu'il y eut assez d'herbe pour

(1) Kreuznach ou Creutznach, dans le grand-duché du Bas-Rhin, sur la Nahe, à 7 lieues S. O. de Mayence.

(2) Bingen ou Binghen, sur le Rhin, au confluent de la Nahe, dans le grand-duché de Hesse-Darmstadt.

(3) Cet appel au jugement de Dieu, en cas de doute, était permis par la loi des Goths et par celle des Francs. Cependant l'épreuve par le fer et l'eau était plus usitée que le duel judiciaire. Voy. dans Ermoldus Nigellus, liv. III, la description du duel de Béra.

unus Alpium transitu, hostium manu resistente, prohibebatur, alter et longitudine itineris et Dravo flumine quod traiciendum erat, impediabatur; medius autem, qui per Carantanos intrabat, quamquam in tribus locis ei resisteretur, feliciore usus fortuna, ter hoste superato, Dravo etiam transmisso, celerius ad destinata loca pervenit. Contra hæc Liudewitus nihil molitus, munitione tantum castelli, quod in arduo monte construxerat, se suosque continuit, et nec belli nec pacis, vel per semetipsum vel per legatos, ullum cum eis (1) sermonem habuisse dicitur. Exercitus vero postquam in unum convenerunt, totam pene regionem ferro et igne vastantes (2), haud ullo gravi damno accepto, domum reversi sunt. Is tamen, qui per Pannoniam superiorem iter fecerat, in transitu Dravi fluminis ex locorum et aquarum insalubritate soluti ventris incommodo graviter affectus est et pars ejus non modica hoc morbo consumpta est. Hi tres exercitus de Saxonia et orientali Francia et Alamannia (3), Bajocria quoque atque Italia congregati sunt. Quibus domum reversis, Carniolenses, qui circa Savum (4) fluvium habitant et Forojuliensibus pene contigui sunt, Baldrico se dediderunt; idem et pars Carantanorum, quæ ad Liudewiti partes a nobis defecerat, facere curavit. Foedus, inter nos et Abulaz regem Hispaniæ (5) constitutum et neutri parti satis proficuum, con-

(1) Voces *cum eis* a Nuenar. comite omittuntur.

(2) Pertz : *devastantes*.

(3) Cod. Vindobon. 654 : *Alimannia*.

(4) Nuenarius comes, cum cod. Trevirensi : *Carcasavum fluvium*, sed perperam evidenter.

(5) D. Bouq. cum Nuen. comite : *regem Saraccenorum*.

nourrir les chevaux, les trois armées furent envoyées contre Liudwit. L'une, partie d'Italie, s'avança par les Alpes Noriques, l'autre par la Carinthie, la troisième par la Bavière et la Pannonie supérieure. Deux de ces armées, celles qui formaient l'aile droite et l'aile gauche, n'arrivèrent que plus tard. L'une fut arrêtée au passage des Alpes par un corps ennemi qui lui résista; l'autre fut retardée par la longueur du chemin et le passage de la Drave, qu'il lui fallut traverser. L'armée du centre, qui s'avançait par la Carinthie, fut plus heureuse; malgré la résistance qu'elle rencontra sur trois points, après avoir battu trois fois l'ennemi et traversé la Drave, elle arriva la première à sa destination. Liudwit, qui n'avait fait aucun préparatif pour repousser cette attaque, se renferma lui et les siens dans les murs d'un château qu'il avait construit au sommet d'une montagne; et l'on assure qu'il ne fit parler de paix ou de guerre, ni par lui-même ni par des ambassadeurs. Les armées, après s'être réunies en un seul corps, ravagèrent par le fer et le feu presque tout le pays, et se retirèrent sans avoir éprouvé aucun dommage sérieux. Cependant, celle qui était venue par la Pannonie supérieure, eut à souffrir au passage de la Drave d'une dysenterie causée par l'insalubrité du pays et des eaux, et qui lui enleva beaucoup de monde. Ces trois armées avaient été réunies dans la Saxe, la France orientale, le pays des Allemands, la Bavière et l'Italie. Après leur retour, les habitants de la Carniole, pays situé autour de la Save, et presque limitrophe du Frioul, se donnèrent à Baldric; et ceux des Carinthiens qui s'étaient détachés de nous pour se joindre à Liudwit, suivirent leur exemple. Le traité que nous avons conclu avec Abulaz, roi des Sarrasins,

sulto ruptum, bellumque adversus eum susceptum est. In Italico mari octo naves negotiatorum de Sardinia ad Italiam revertentium a piratis captæ ac demersæ sunt. De Nortmannia verò tredecim piraticæ naves egressæ, primo in Flandrensi littore prædari molientes, ab iis qui in præsidio erant repulsæ sunt, ubi tamen ab eis propter custodum incuriam aliquot casæ viles incensæ, et parvus pecoris numerus abactus est; in ostio Sequanæ similia temptantes, resistantibus sibi littoris custodibus, quinque suorum interfectis, irritæ discesserunt; tandem in Aquitanico littore prosperis usæ successibus, vico quodam qui vocatur Bundium (1) ad integrum depopulato, cum ingenti præda ad propria reversæ sunt.

Hoc anno propter juges pluvias et aërem nimio humore resolutum, magna incommoda contigerunt. Nam et hominum et boum pestilentia tam immane (2) longe lateque grassata est, ut vix ulla pars totius regni Francorum ab hac peste immunis atque intacta possit inveniri. Frumenta quoque et legumina, imbrium assiduitate corrupta, vel colligi non poterant vel collecta computrescebant. Vinum etiam, cujus parvus proventus eodem anno fuit, propter caloris inopiam acerbum et insuave fiebat. In quibusdam vero locis ex inundatione (3) fluminum, aquis in plano stagnantibus, autumnalis satio ita impedita est, ut penitus nil frugum ante verni temperiem (4) seminaretur. Luna

(1) *Buynbundium* apud Annales Lauriss.

(2) D. Bouq. *tam immaniter*.

(3) Pertz : *de inundatione*.

(4) D. Bouq. *vernum tempus*.

et qui n'était profitable à aucune des parties, fut alors ouvertement rompu, et les hostilités recommencèrent. Dans la mer italique, huit navires appartenant à des marchands sardes qui revenaient en Italie, furent pris par des pirates et coulés à fond. Treize vaisseaux de pirates partis des pays du nord, qui essayèrent de piller la côte de Flandre, furent repoussés par ceux qui tenaient garnison dans le pays. Cependant la négligence des gardes fut cause qu'ils brûlèrent quelques misérables chaumières, et enlevèrent un peu de bétail. Ils firent les mêmes tentatives à l'embouchure de la Seine, mais les gardes-côtes leur opposèrent de la résistance, et ils se retirèrent après avoir perdu cinq des leurs, et sans avoir réussi. Ils furent enfin plus heureux sur les côtes d'Aquitaine, où ils ravagèrent entièrement un bourg nommé Bouin (1), et retournèrent dans leur pays chargés d'un butin considérable.

Cette année, la continuité des pluies, et l'humidité excessive causée par les brouillards, produisirent de fâcheux accidents. Une maladie contagieuse attaqua les hommes et les bêtes à cornes, et étendit de toutes parts ses ravages avec tant de fureur, que presque aucune contrée dans tout l'empire des Francs ne demeura à l'abri du fléau, et n'en fut entièrement préservée. De plus, les grains et les légumes, gâtés par des pluies continuelles, ne pouvaient se récolter ou pourrissaient après la récolte. Le peu de vin qu'on fit cette année devint, faute de chaleur, aigre et désagréable. Enfin, en certains endroits, les fleuves débordés couvrirent les plaines d'une telle quantité d'eau,

(1) Suivant M. Pertz, ce lieu est inconnu. Mais il s'agit évidemment ici du bourg de Bouin, dans l'île de Bouin, sur les limites de l'Aquitaine (Baie de Bourneu, Vendée). Tous les historiens s'accordent en effet à dire que ce bourg fut détruit par les Normands en 820.

defecit viii kalendas decembris, hora noctis secunda. Imperator, post peractum Carisiaci conventum, autumnalemque venationem ex more completam, Aquasgrani reversus est.

DCCCXXI.

Conventus mense febr. Aquisgrani habitus, et in eo de bello Liudewitico tractatum, ac tres exercitus ordinati qui futura æstate perfidorum agros per vices vastarent. Simili modo de marca Hispanica constitutum, et hoc illius limitis præfectis imperatum est. Iterumque conventus mense maio Noviomagi habendus conductus est, comitesque qui illuc venirent deputati. Eo anno (1) dominus imperator post festi Paschalis expletionem per Mosam navigavit, ibique constitutam annis superioribus atque conscriptam inter filios suos regni (2) partitionem recensuit, ac juramentis optimatum qui tunc adesse potuerunt confirmavit, susceptisque ibidem Paschalis Romani pontificis legatis, Petro videlicet Centumcellensi episcopo et Leone nomenclatore, eisdemque celeriter absolutis, comitibus etiam qui aderant, ad expeditionem Pannonicam destinatis, ipse paululum ibi remoratus, Aquasgrani reversus est. Et post paucos dies per Arduennam iter faciens, Treveros ac Metis venit, indeque Rumerici castellum petens, reliquum æstivi caloris et autumnii

(1) Sic D. Bouq. cum Nuen. com. — Pertz: *Eo dominus*.

(2) *Regni* in hac voce deficit fragmentum Ambergense.

qu'elles empêchèrent les semailles d'automne, et que pour ensemencer il fallut, presque partout, attendre le printemps. Il y eut éclipse de lune le 8 des calendes de décembre, à la deuxième heure de la nuit. L'empereur, après avoir tenu à Quierzy l'assemblée générale, et terminé comme d'habitude ses chasses d'automne, revint à Aix-la-Chapelle.

821.

L'assemblée générale se tint dans cette ville au mois de février; on s'y occupa de la guerre contre Liudwit, et on décida que trois armées iraient tour à tour, l'été suivant, ravager le territoire des rebelles. La même détermination fut prise relativement à la marche d'Espagne, et des ordres transmis en conséquence aux préfets de cette frontière. On arrêta aussi qu'une nouvelle assemblée serait tenue à Nimègue au mois de mai, et l'on désigna les comtes qui devraient y assister. Cette même année, l'empereur, après la célébration des fêtes de Pâques, s'embarqua sur la Meuse pour se rendre à Nimègue, où il revisa le partage de l'empire entre ses fils, et l'acte qui en avait été dressé les années précédentes; puis il le fit confirmer par les serments de tous les grands qui purent alors y assister. Après avoir reçu dans la même ville Pierre, évêque de Civita-Vecchia, et le nomenclateur Léon, ambassadeur de Pascal, pontife des Romains, il les congédia promptement, fit partir pour l'expédition de Pannonie ceux des comtes désignés qui se trouvaient présents, resta encore quelque temps à Nimègue, et revint ensuite à Aix-la-Chapelle. Il ne passa que peu de jours dans cette ville, et reprenant son voyage par les Ardennes, il se rendit à Trèves et à Metz. De là, gagnant le château de Remire-

dimidium exercitatione venatoria in Vosegi saltu atque secretis exegit.

Interea Bornæ, dux Dalmatiæ atque Liburniæ, defunctus est, et petente populo atque imperatore consentiente, nepos illius, nomine Ladasclavus (1), successor ei constitutus est. Allatum est et de morte Leonis Constantinopolitani imperatoris, quod conspiratione quorundam optimatum suorum, et præcipue Michaëlis comitis domesticorum (2), in ipso palatio sit interemptus; qui suffragio civium et prætorianorum militum studio infulas imperii suscepisse dicebatur. Fortunatus patriarcha Gradensis, cum a quodam presbytero suo, nomine Tiberio, apud imperatorem fuisset accusatus, quod Liudewitum ad perseverandum in perfidia qua cœperat hortaretur, eumque ad castella sua munienda, artifices et murarios mittendo, juvaret, et ob hoc ad palatium ire juberetur; primo velut iussionem impleturus, in Istriam profectus est, inde simulato reditu ad Gradum civitatem, nullo suorum, præter eos cum quibus hoc tractaverat, suspicante, nactus occasionem clam navigavit, veniensque Jaderam Dalmatiæ civitatem, Johanni præfecto provinciæ illius fugæ suæ causas aperuit, qui eum statim navi impositum Constantinopolim misit. Medio mense octobrio conventus generalis apud Theodonisvillam magna populi Francorum frequentia celebratur, in quo dominus Hlotharius, primogenitus imperatoris

(1) Cod. Vindobon. 110 : *Ladosclavus*. — *Ladasclao* apud duo codices Laurissenses. — Quod quidem nomen apud nos hodie sonat : *Ladislav*.

(2) D. Bouquet cum Nuenario comite : *domesticorum insidiis in ipso palatio*.

mont, il y demeura pendant le reste des chaleurs de l'été, et employa la moitié de l'automne à chasser dans les forêts et les solitudes des Vosges.

Sur ces entrefaites, Borna, duc de Dalmatie et de Liburnie, mourut; à la demande du peuple, et du consentement de l'empereur, son petit-fils, nommé Ladasclave, lui fut donné pour successeur. Des bruits sur la mort de Léon, empereur de Constantinople, commencèrent à se répandre. On disait que, victime d'une conspiration tramée par quelques-uns de ses principaux officiers, et principalement par Michel, comte des domestiques, il avait été assassiné dans son propre palais, et que le suffrage du peuple et le dévouement des prétoriens avaient placé celui-ci sur le trône impérial. Cependant Fortunat, patriarche de Grado, ayant été accusé auprès de l'empereur, par un de ses prêtres, nommé Tibère, d'avoir exhorté Liudwit à persister dans la révolte où il s'était engagé, et de lui avoir envoyé des ingénieurs et des ouvriers pour fortifier ses châteaux, fut mandé sur cette inculpation au palais impérial. Feignant d'obéir, il se rendit d'abord en Istrie, puis il annonça le projet de retourner à Grado; et sans que personne des siens soupçonnât ses desseins, excepté ceux qui les avaient concertés avec lui, il s'embarqua. Arrivé à Zara (1), ville de Dalmatie, il découvrit les motifs de sa fuite à Jean, préfet de cette province, qui s'empressa de le mettre dans un vaisseau et de l'envoyer à Constantinople. Au milieu du mois d'octobre, on tint à Thionville une assemblée générale de la nation, à laquelle les Francs se rendirent en foule. On y célébra, avec les solennités d'usage, le mariage de Lo-

(1) Zara, aujourd'hui capitale de la Dalmatie autrichienne.

Hludowici, Irmingardim (1), Hugonis comitis filiam; solemniter duxit uxorem. Illuc etiam legati sanctæ Romanæ Ecclesiæ (2), Theodorus primicerius ac Florus superista (3), cum magnis venere muneribus. Affuerunt et comites in eodem conventu jam de Pannonia regressi, qui, depopulata desertorum et Liudewito adhærentium universa regione, cum nullus eis ibidem copiam pugnandi fecisset, domum regressi sunt. Eminuit in hoc placito piissimi imperatoris misericordia singularis, quam ostendit super eos, qui cum Bernhardo nepote suo in Italia contra caput ac regnum suum conjuraverunt, quibus ibi ad præsentiam venire jussis, non solum vitam et membra concessit, verum etiam possessiones judicio legis in fiscum redactas magna liberalitate restituit. Adalhardum quoque de Aquitania, ubi exulabat, evocatum, Corbeia monasterio, ut prius fuerat, abbatem ac rectorem esse jussit, cum quo et Bernharium (4), fratrem ejus, reconciliatum eidem monasterio reddidit; completisque iis quæ ob regni utilitatem (5) inchoaverat, et sacramento, quod apud Noviomagum pars optimatum juraverat, generaliter consummato, ipse Aquasgrani revertitur, filium autem Hlotharium, post nuptias ritu solemniter celebratas, ad hiemandum Wormaciam misit.

De parte Danorum omnia quietæ eo anno fuerunt,

(1) Codex Reg. Par. 5924 : *Irmengardam*; cod. Vindobon. 990 : *Yrmingardam*.

(2) D. Bouq. cum Nuenario comite : *legati Romani pontificis, Theodorus*.

(3) *Superista* deest ap. eosdem.

(4) Cod. Lauriss. *Berenharium*.

(5) Nuen. com. et D. Bouq. *iis quæ ad regni*.

thaire, fils aîné de l'empereur, avec Irmingarde, fille du comte Hugues. Le primicier Théodore et le surintendant (1) Florus, ambassadeurs du pontife de Rome, s'y rendirent avec de riches présents. On y vit aussi les comtes qui étaient déjà tous revenus de la Pannonie; car après avoir entièrement ravagé le pays des rebelles et des partisans de Liudwit, ne trouvant plus d'ennemis à combattre, ils étaient rentrés dans leurs foyers. La singulière bonté du très-pieux empereur brilla dans cette assemblée; il en donna des preuves à l'occasion de ceux qui, avec son neveu Bernard, avaient conspiré en Italie contre sa personne et contre l'état. Les ayant fait comparaître en sa présence, non-seulement il leur fit grâce de la vie et leur épargna toute mutilation, mais il poussa la générosité jusqu'à leur restituer tous les biens qui, en vertu de leur condamnation, avaient été adjugés au fisc. Il fit aussi revenir Adalhard de l'Aquitaine, où il était exilé, voulut qu'il fût comme auparavant abbé et supérieur du monastère de Corbie, et pardonnant en même temps à Bernard, frère d'Adalhard, il le réintégra dans le même monastère (2). Après avoir accompli tout ce qu'il avait entrepris pour le bien de l'état, et après avoir fait confirmer par tous les grands de l'empire le serment qu'une partie seulement d'entre eux avait prêté à Nimègue, il retourna à Aix-la-Chapelle. Quant à son fils Lothaire, dont

(1) C'était l'officier chargé des bâtiments pontificaux. Voy. Ducange, au mot *superista*.

(2) Parmi les exilés qui furent alors rappelés, les uns avaient été condamnés à l'exil en 814, peu de temps après la mort de Charlemagne: c'étaient les trois frères, Wala, Adalhard et Bernard, cousins de l'empereur, et leur sœur Guntrade. Les autres l'avaient été en 818, à l'occasion de la conspiration de Bernard. C'étaient les évêques Anselme de Milan, Vulfod de Crémone, et Théodulf d'Orléans. (D. Bouq.)

et Harioldus a filiis Godofridi in societatem regni receptus, quæ res tranquillum inter eos hujus temporis statum fecisse putatur. Sed quia Ceadragus Abodritorum princeps, perfidiæ et cujusdam cum filiis Godofridi factæ societatis notabatur, Sclaomir, æmulus ejus, in patriam remittitur, qui cum in Saxoniam venisset, ægritudine decubuit, perceptoque baptismatis sacramento, defunctus est.

Autumnalis satio jugitate pluviarum in quibusdam locis impedita est, cui hiems in tantum proluxa successit et aspera, ut non solum minores rivi ac mediocres fluvii, verum ipsi maximi ac famosissimi amnes, Hrenus videlicet ac Danubius, Albisque ac Sequana, cæteraque per Galliam atque Germaniam Oceanum petentia flumina adeo solida glacie stringerentur, ut tricenis vel eo amplius diebus plaustra huc atque illuc commeantia velut pontibus juncta sustinerent, cujus resolutio non modicum villis juxta Hreni fluentia constitutis damnum intulit.

DCCCXXII.

In regione Thuringorum quodam in loco juxta quemdam fluvium, cespis longitudine pedum quinquagenum, latitudine quatuordenum, altitudine sesquipedali, de terra sine manibus et præcisus et sublatus est, et ab eo loco, in quo sumptus est, viginti quinque pedum spatio distans inventus est. Item in

le mariage avait été célébré avec les solennités d'usage, il l'envoya à Worms pour y passer l'hiver.

Cette année, tout fut paisible du côté des Danois; Hériold avait été admis par les fils de Godefrid à partager l'autorité avec eux, et cet arrangement fut regardé comme la cause de la paix qui s'établit alors. Mais comme Céadrag, prince des Abodrites, était soupçonné de trahison et d'alliance secrète avec les fils de Godefrid, Sclaomir, son compétiteur, fut renvoyé dans le pays. Au reste, celui-ci ne fut pas plutôt arrivé en Saxe qu'il tomba malade, et mourut après avoir reçu le sacrement du baptême.

Des pluies continuelles contrarièrent en certains pays les semailles d'automne. A ces pluies succéda un hiver si long et si rigoureux, que non-seulement les petits cours d'eau et les rivières, mais même les fleuves les plus grands et les plus célèbres, tels que le Rhin, le Danube, l'Elbe, la Seine, et tous les autres qui vont à travers la Gaule et la Germanie se jeter dans l'Océan, se couvrirent d'une couche de glace si épaisse, que pendant plus de trente jours ils portèrent les plus lourdes voitures, qui les traversèrent dans tous les sens, comme si leurs rives eussent été réunies par des ponts. Lorsque le dégel arriva, les pays situés le long du Rhin éprouvèrent de graves dommages.

822.

En Thuringe, dans le voisinage d'un fleuve, un tertre long de cinquante pieds, large de quatorze, et haut d'un pied et demi, fut coupé et enlevé de terre sans le secours de la main des hommes, et trouvé à vingt-cinq pieds de l'endroit d'où il avait été arraché. On vit également dans la partie orientale de la Saxe, contiguë aux frontières des

parte orientali Saxoniae, quae Soraborum finibus contigua est, in quodam deserto loco, juxta lacum qui dicitur Arnseo, in modum aggeris terra intumuit, et limitem unius leucæ longitudine porrectum, sub unius noctis spatio, absque humani operis molimine, ad instar valli surrexit (1).

Winigisus dux Spolitanus, jam senio confectus, habitu seculari deposito, monasticæ conversationi se mancipavit, ac non multo post tactus corporis infirmitate decessit; in cuius locum Suppo, Brixiae civitatis comes, substitutus est. Domnus imperator, consilio cum episcopis et optimatibus suis habito, fratribus suis, quos invitos tondere (2) jussit, reconciliatus est; et tam de hoc facto, quam et de his quae erga Bernhardum, filium fratris sui Pippini, necnon et de iis quae circa Adalhardum abbatem et fratrem ejus Walachum gesta sunt, publicam confessionem fecit et poenitentiam egit, quod tamen in eo conventu, quem eodem anno mense augusto Attiniaci habuit, in praesentia totius populi sui peregit, in quo quidquid similium rerum vel a se vel a patre suo factum (3) invenire potuit, summa devotione emendare curavit.

Exercitus de Italia propter Liudewiticum bellum conficiendum in Pannoniam missus est, ad cuius adventum Liudewitus, Siscia (4) civitate relicta, ad Sorabos, quae natio magnam Dalmatiae partem obtinere dicitur, fugiendo se contulit, et uno ex ducibus eorum

(1) D. Bouq. cum Nuen. comite : *sustulit.*

(2) D. Bouq. cum Nuenar. com. et Freher. *tonderi jussit.*

(3) Nuenar. et D. Bouq. *a patre factarum.*

(4) Al. *Sicia.*

Sorabes, en un certain lieu désert, près du lac Arendsée, le sol se souleva comme une chaussée, et forma en une seule nuit, sur une lieue de longueur, sans le concours d'aucun travail humain, comme un véritable retranchement.

Winigise, duc de Spolète, accablé de vieillesse, quitta l'habit séculier pour se consacrer à la vie monastique, et peu de temps après succomba à ses infirmités. Suppon, comte de Brescia, lui fut donné pour successeur. L'empereur, dans un conseil tenu avec les évêques et les grands de l'empire, se réconcilia avec ses frères qu'il avait fait tonsurer malgré eux (1), et fit publiquement confession et pénitence pour ce fait, ainsi que pour les rigueurs exercées contre Bernard, fils de son frère Pépin, contre l'abbé Adalhard et Wala, frère de celui-ci. Cela se passa en présence de tout le peuple, au milieu de l'assemblée que l'on tint à Attigny, dans le mois d'août de la même année. L'empereur s'y appliqua avec le zèle le plus scrupuleux à rechercher et à réparer toutes les injustices de la même nature commises par son père ou par lui.

Une armée fut envoyée d'Italie dans la Pannonie pour y terminer la guerre contre Liudwit. A l'approche de cette armée, Liudwit abandonna sa ville de Siscia (2) et s'enfuit chez les Sorabes, nation qui occupe, dit-on, une grande partie de la Dalmatie. Il y fut accueilli par un de leurs ducs, mais l'ayant fait assassiner, il s'empara de la ville que celui-ci gouvernait; puis il envoya des députés à l'armée

(1) Drogon, Hugues et Thierrî, ses frères naturels, qu'il avait fait tonsurer malgré eux en 819.

(2) Aujourd'hui Sisseg ou Sziszek, place forte de la Croatie, au confluent de la Kulpa et de la Save, dans le cercle et à 14 lieues E. de Carlstadt (royaume d'Illyrie).

a quo receptus est, per dolum interfecto, civitatem ejus in suam redegit ditionem. Missis tamen ad exercitum imperatoris legatis suis, ad ejus præsentiam se velle venire promisit. Saxones interea jussu imperatoris castellum quoddam trans Albim, in loco cui Delbende nomen, ædificant, depulsis ex eo Sclavis, qui illud prius occupaverant, præsidiumque Saxonum in eo positum contra incursiones illorum. Comites marcæ Hispanicæ trans Sicorim fluvium in Hispania profecti, vastatis agris et incensis compluribus villis, et capta non modica præda, regressi sunt. Simili modo post æquinotium autumnale a comitibus marcæ Britannicæ in possessionem cujusdam Britonis, qui tum rebellis extiterat, nomine Wihomarchus, expeditione facta, et omnia ferro et igne vastata sunt.

Peracto conventu qui (1) Attiniaci habebatur, dominus imperator venandi gratia Arduennam petiit; Hlotharium vero filium suum in Italiam misit, cum quo Walachum monachum, propinquum suum, fratrem videlicet Adalhardi abbatis, et Gerungum ostiariorum magistrum una direxit (2), quorum consilio et in re familiari et in negotiis ad regni commoda pertinentibus uteretur. Pippinum autem in Aquitaniam ire præcepit, quem tamen prius filiam Theotberti (3) comitis Matricensis in conjugium fecit accipere, et post nuptias celebratas ad occiduas partes (4) proficisci. Ipse vero peracta autumnali venatione, trans Hrenum ad hiemandum

(1) Pertz : *quod*.

(2) D. Bouq. cum Nuenar. com. *una misit*.

(3) All. *Thietberti, Teutberti*.

(4) D. Bouq. cum Nuen. com. *occiduas regiones*.

de l'empereur, et promit de comparaître en sa présence. Cependant les Saxons, d'après les ordres de l'empereur, bâtirent un château au delà de l'Elbe dans l'endroit nommé Delbend (1), après en avoir chassé les Slaves, qui occupaient ce lieu auparavant, et y laissèrent une garnison de troupes saxonnes pour le défendre des incursions de ce peuple. Les comtes de la marche Hispanique s'avancèrent en Espagne jusqu'au delà de la Sègre, et après avoir ravagé le pays, et brûlé plusieurs villages, revinrent avec un grand butin. Une expédition semblable fut entreprise après l'équinoxe d'automne par les comtes de la marche de Bretagne, sur le territoire d'un chef breton, nommé Wihomarch, qui était alors en rébellion, et dont toutes les possessions furent ravagées par le fer et le feu.

Après avoir terminé l'assemblée qui se tenait à Attigny, l'empereur se rendit dans les Ardennes pour y chasser, et envoya son fils Lothaire en Italie. Il le fit accompagner par un de ses parents, le moine Wala, frère de l'abbé Adalhard, et par Gérung, chef des huissiers du palais, pour qu'il usât de leurs conseils dans ses affaires particulières comme dans celles qui intéressaient le bien de l'état. Il donna à Pépin l'ordre de se rendre en Aquitaine; cependant il lui fit épouser auparavant la fille de Théotbert, comte de Mâcon; et après la célébration du mariage il l'envoya dans les pays de l'ouest. Quant à lui, après les chasses d'automne, il traversa le Rhin pour aller passer l'hiver à Francfort. Il tint dans cette ville une assemblée générale, où, conformément à l'antique usage, il s'occupa avec les grands de la

(1) Près de Mölln, ou peut-être au lieu même où cette ville existe aujourd'hui sur la Stecknitz, *Delvunda*, dans le duché de Lauenbourg (Danemark). Voy. Pertz, I, 209, n. 94.

in loco qui ad Franconofurd appellatur (1), profectus est, ibique generali conventu congregato, necessaria quæque et ad utilitatem orientalium partium regni sui pertinentia, more solemnî, cum optimatibus, quos ad hoc evocare jusserat, tractare curavit. In quo conventu omnium orientalium Sclavorum, id est Abodritorum, Soraborum, Wiltzorum, Beheimorum, Marvanorum (2), Prædenecentorum, et in Pannonia residentium Avarum legationes cum muneribus ad se directas audivit (3). Fuerunt in eodem conventu et legationes de Nortmannia, tam de parte Hariholdi quam filiorum Godofridi; quibus omnibus auditis ac dimissis, ipse in eodem loco, constructis ad hoc opere novo ædificiis, sicut dispositum habuerat (4), hiemavit.

DCCCXXIII.

Mense maio conventus in eodem loco habitus, in quo non universi Franciæ primores, sed de (5) orientali Francia atque Saxonia, Bajoaria, Alemannia, atque Alemanniæ contermina Burgundia, et regionibus Hreno adjacentibus adesse jussi sunt. In quo inter cæteras barbarorum legationes, quæ vel jussæ vel sua sponte venerunt, duo fratres, reges videlicet Wiltzorum, controversiam inter se de regno habentes, ad

(1) Nuenar. comes et D. Bouq. *Rhenum hiematum ad Franconofurt profectus.*

(2) All. *Moramorum, Maritanorum.* Qui etiam a coætaneis scriptoribus adhuc vocantur: *Marahabitæ, Marahenses, Maravi.*

(3) D. Bouq. cum Nuen. com. *muneribus ad se missis excepit.*

(4) Iidem: *constructis ad hoc necessariis ædificiis novis, quemadmodum secum statuerat, hiemavit.*

(5) Iidem: *non universæ Franciæ primores, sed de o.* — Codd. Vindobon. 110 et 990: *non solum universi F. p. sed et de o.*

nation, convoqués à cet effet, de ce qui touchait aux intérêts des provinces orientales de l'empire. Il reçut, dans cette assemblée, les députés et les présents que lui envoyèrent tous les Slaves orientaux, c'est-à-dire les Abodrites, les Sorabes, les Wiltzes, les Bohémiens, les Moraves, les Prédénécentins (1), et ceux des Avars qui habitent la Pannonie. Des ambassadeurs normands vinrent aussi au nom d'Hériold et des fils de Godéfrid se présenter à cette assemblée. Après les avoir tous entendus et congédiés, l'empereur ayant fait construire les nouveaux bâtiments nécessaires pour sa cour, passa l'hiver à Francfort comme il l'avait résolu.

825.

Une autre assemblée fut tenue dans la même ville au mois de mai. Les grands de toute la France n'y furent point appelés, mais seulement ceux de la France orientale, de la Saxe, de la Bavière, de l'Allemagne, de la partie de la Bourgogne contiguë à l'Allemagne et des pays qui avoisinent le Rhin. Parmi différentes ambassades de peuples barbares qui se rendirent à cette assemblée, soit parce qu'elles y furent mandées, soit de leur propre mouvement, deux frères, tous deux rois des Wiltzes, qui se

(1) Les Prédénécentins étaient un peuple de la même famille que les Abodrites. Mais ceux-ci habitaient, comme nous l'avons déjà dit, sur les bords de la mer Baltique, tandis que ceux-là s'étaient fixés à plus de 300 lieues au sud dans la Dacie, sur le Danube (voy. ci-après, p. 375). — Les Moraves habitaient tout le pays qui porte aujourd'hui leur nom, et la partie septentrionale de la Hongrie actuelle. Sur les Sorabes, les Wiltzes et les Bohémiens, voyez ci-dessus, p. 51, n. 1.

præsentiam imperatoris venerunt, quorum nomina sunt Meligastus (1) et Celeadragus (2). Erant iidem filii Liubi regis Wiltzorum, qui licet cum fratribus suis regnum (3) divisum teneret, tamen, propterea quod natu major erat, ad eum totius regni summa pertinebat. Qui cum, commisso cum orientalibus Abodritis prælio, interisset, populus Wiltzorum (4) filium ejus Meligastum, quia major natu erat, regem sibi constituit; sed cum is secundum ritum gentis commissum sibi regnum parum digne administraret, illo abjecto, juniore fratri regium honorem deferunt (5); quam ob causam ambo ad præsentiam imperatoris venerunt. Quos cum audisset, et gentis voluntatem proniorem in juniore fratris honorem agnovisset, statuit, ut is delatam sibi a populo suo potestatem haberet, ambos tamen muneribus donatos et sacramento firmatos in patriam remisit. Accusatus est in eodem placito apud imperatorem Ceadragus, Abodritorum princeps, quod se erga partem Francorum parum fideliter ageret, et ad imperatoris præsentiam jamdiu venire dissimulasset, propter quod ad eum legati directi sunt, cum quibus ille iterum quosdam ex primoribus gentis suæ ad imperatorem misit, perque illorum verba promisit, se ad proximum hiemis tempus ad illius præsentiam esse venturum.

Hlotharius vero cum secundum patris jussionem in

(1) All. *Millegastus, Milegastus, Milegatus.*

(2) All. *Cealedragus, Cealagragus.*

(3) D. Bouq. cum Nuen. com. *regnum suum divisum.*

(4) *Iidem: Qui ubi c. cum o. A. p. cecidisset, Wilsif. e. M., qui m. e., r. s. constituunt.*

(5) *Iidem: detulerunt.*

disputaient l'autorité suprême, comparurent devant l'empereur; ils se nommaient Méligast et Céléadrag. Tous deux étaient fils de Liub, roi des Wiltzes, qui avait partagé le royaume avec ses frères, mais qui cependant, comme l'aîné, avait conservé l'autorité suprême. Ce prince ayant été tué dans un combat contre les Abodrites orientaux, les Wiltzes prirent pour roi son fils aîné Méligast. Mais comme celui-ci usait d'une manière peu convenable de l'autorité que la nation lui avait confiée conformément à ses anciens usages, on l'en dépouilla pour remettre à son jeune frère la dignité royale. Tel était le différend qui les amenait devant l'empereur. Ce prince, après les avoir entendus et après s'être assuré que les esprits étaient mieux disposés en faveur du jeune frère, décida qu'il conserverait la dignité que son peuple lui avait conférée; et cependant avant de les renvoyer dans leur pays, il les gratifia de présents l'un et l'autre, et reçut de tous deux le serment de fidélité. Dans la même assemblée, une accusation fut portée devant l'empereur contre Céadrag, prince des Abodrites. On lui reprochait de se conduire avec peu de loyauté à l'égard des Francs, et d'employer depuis longtemps de vains subterfuges pour ne pas comparaître devant l'empereur. On lui envoya donc des commissaires qu'il fit accompagner à leur retour par quelques-uns des principaux de sa nation, chargés de promettre en son nom qu'il se rendrait auprès de l'empereur au commencement de l'hiver prochain.

Cependant Lothaire, après avoir, conformément aux ordres de son père, réglé les contestations qui existaient en Italie, se préparait déjà à revenir, lorsque, sur les prières du pape Pascal, il se rendit à Rome; il y fut honorablement accueilli par le souverain pontife, et le saint jour

Italia justitias faceret, et jam se ad revertendum de Italia præpararet, rogante Paschale papa Romam venit, et honorifice ab illo susceptus, in sancto Paschali die apud Sanctum Petrum et regni coronam et Imperatoris atque Augusti nomen accepit; inde Papiam regressus, mense junio ad imperatorem venit. Qui cum imperatori de justitiis in Italia a se partim factis (1) partim inchoatis fecisset indicium, missus est in Italiam Adalhardus comes palatii, jussumque est ut Mauringum (2) Brixiae comitem secum assumeret, et inchoatas justitias perficere curaret.

Drogonem, fratrem ejus, sub canonica vita degentem, Metensi ecclesiæ, clero ejusdem urbis consentiente atque eligente, rectorem constituit, eumque ad pontificatus gradum censuit promoveri (3).

In eodem conventu tempus et locus alterius conventus habendi conductus est (4), november videlicet mensis, et Compendium palatium; peractoque placito, et dimissis primoribus, cum imperator jam inde digredi statuisset, allatum est ei de interitu Liudewiti, quod relictis Sorabis, cum Dalmatiam ad Liudemhuslum (5) avunculum Bornæ ducis pervenisset, et aliquantum temporis cum eo moratus fuisset, dolo ipsius esset interfectus. Nunciatum est etiam, Theodorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ primicerium et Leonem nomenclatorem, generum ejus, in patriarchio Lateranensi primo excæcatus, ac deinde fuisse decol-

(1) *Partim factis* deest in codd. 110 et 990.

(2) All. *Mauningum*, *Maringum*.

(3) D. Bouq. et Nuen. com. *censuit promovendum*.

(4) *Iidem* : *indicta sunt*.

(5) All. *Ludemhuslum*, *Ludemuslum*, *Liudewislum*.

de Pâques, dans la basilique de Saint-Pierre, il reçut la couronne avec le titre d'Empereur et d'Auguste. Etant ensuite revenu à Pavie, il alla au mois de juin retrouver l'empereur. Après qu'il lui eut rendu compte des affaires qu'il avait terminées en Italie, et de celles dont il avait commencé l'instruction, Adalhard, comte du palais, y fut envoyé avec ordre de s'adjoindre Muring, comte de Brescia, et de statuer définitivement sur les causes en litige.

Dans le même temps l'empereur, du consentement et d'après le choix du clergé, donna pour chef à l'église de Metz, son frère Drogon, qui vivait sous la loi des chanoines, jugeant convenable de l'élever ainsi aux honneurs du pontificat.

Dans cette assemblée, on fixa le temps et le lieu de l'assemblée suivante; ce fut le mois de novembre et le palais de Compiègne. Après avoir clos la session et congédié les grands, comme l'empereur se préparait à partir, on vint lui annoncer la mort de Liudwit. Celui-ci, abandonnant les Sorabes, s'était retiré en Dalmatie chez Liudemuth, oncle du duc Borna. Il resta quelque temps auprès de lui, mais Liudemuth le fit assassiner. L'empereur apprit aussi que Théodore, primicier de la sainte Église romaine, et son gendre le nomenclateur, Léon, avaient été d'abord privés de la vue, et ensuite décapités dans le palais patriarcal de Latran, et cela, parce qu'en toute occasion ils avaient fidèlement servi les intérêts du jeune empereur Lothaire. Quelques personnes accusaient le pape Pascal d'avoir ordonné ou du moins conseillé ce meurtre. Adalung, abbé du monastère de Saint-Vaast, et Humfrid, comte de Coire (1), furent

(1) Coire, *Curia Rhætorum* (en all. *Chur*), sur le Plessur, près du

latos, et hoc eis ob hoc (1) contigisse, quod se in omnibus fideliter erga partes Hlotharii juvenis imperatoris agerent; erant et qui dicerent, vel jussu vel consilio Paschalis pontificis rem fuisse perpetratam. Ad quod explorandum ac diligenter investigandum missi sunt Adalungus (2), abbas monasterii Sancti Vedasti, et Hunfridus (3), comes Curiensis. Sed antequam illi fuissent profecti, venerunt legati Paschalis pontificis, Joannes episcopus Sylvæ-Candidæ et Benedictus archidiaconus sanctæ sedis apostolicæ, rogantes imperatorem ut illam infamiam a pontifice auferret, qua ille in memoratorum hominum necem consensisse credebatur. Quibus cum ille juxta quod ratio postulabat respondisset, eosque dimisisset, prædictos legatos suos ad investigandam rei veritatem, sicut prius disposuit, Romam ire præcepit, ipse vero reliquum ætatis tempus in pago Wormacensi, ac deinde in Arduenna transiens (4), peracta autumnali venatione, ad kal. novembris, sicut condixerat Compendium venit. Legati Romam venientes rei gestæ certitudinem assequi non potuerunt, quia Paschalis pontifex et se ab hujus facti communionem cum magno episcoporum numero jurejurando purificavit (5), et interfectores prædictorum hominum, quia de familia sancti Petri erant, summopere defendens, mortuos velut majestatis reos condemnavit, jure cæsos pronuncia-

(1) Cod. Vindobon. 110 : *eis hoc propter hoc*. D. Bouq. cum Nuen. comit. *hoc ideo eis*.

(2) All. *Adalungus, Adalingus, Adalgundus*.

(3) Al. *Huntfridus*.

(4) Codd. Trevir. et Vindobonn. 110 et 990 : *transiens*.

(5) D. Bouq. cum Nuenar. comit. *purgavit*.

chargés d'aller prendre des informations et de faire une enquête sévère à cet égard. Ils n'étaient pas encore partis, que Jean, évêque de Blanche-Selve (1), et Benoît, archidiaque du saint-siège apostolique, envoyés par Pascal, vinrent supplier l'empereur de purger le pape de l'odieux soupçon que l'on faisait peser sur lui, relativement à la mort de ces deux hommes. L'empereur leur répondit comme il convenait, les congédia, et fit partir pour Rome les commissaires désignés, afin d'établir la vérité des faits. Lui-même passa le reste de l'été dans le pays de Worms, se rendit ensuite dans les Ardennes, et après avoir terminé ses chasses d'automne, il se trouva à Compiègne pour les calendes de novembre, comme cela avait été arrêté. Cependant les commissaires, arrivés à Rome, ne purent acquérir aucune certitude sur ce qui s'était passé, parce que le pape Pascal se purgea par serment, ainsi qu'un grand nombre d'évêques, de toute participation au crime; et comme ceux qui l'avaient commis étaient des hommes de saint Pierre (2), il prit leur défense avec chaleur, et soutint que ceux qu'on avait tués étaient coupables de lèse-majesté, et qu'à ce titre ils avaient été justement mis à mort. Il chargea donc Jean, évêque de Blanche-Selve, le bibliothécaire Sergius, le sous-diaque Quirinus, et Léon, maître de la milice, d'accompagner les commissaires qui lui avaient été envoyés, et de parler dans ce sens à l'empereur. Ce prince, informé par eux et par ses pro-

Rhin, alors dans le pays des Allemands, aujourd'hui capitale du canton des Grisons.

(1) Blanche-Selve, ville épiscopale de l'Étrurie, aujourd'hui détruite; elle était située à 3 lieues O. de Rome, près du lieu où se trouve actuellement le village de San Rufini.

(2) C'est-à-dire des serfs appartenant à l'Église romaine.

vit, atque ob hoc cum prædictis, qui ad eum missi fuerant, legatis, Joannem Sylvæ-Candidæ episcopum et Sergium bibliothecarium, Quirinum quoque subdiaconum ac Leonem magistrum militum ad imperatorem misit. Qui cum tam per illos quam per suos legatos de sacramento pontificis et excusatione reorum comperisset, nihil sibi ultra in hoc negotio faciendum ratus, memoratum Joannem episcopum et socios ejus ad pontificem, dato convenienti responso, remisit.

Ceadragus Abodritorum princeps pollicitationibus suis fidem adhibens, cum quibusdam primoribus populi sui Compendium venit, dilatique per tot annos adventus sui rationem coram imperatore non improbabiler reddidit. Qui licet in quibusdam causis culpabilis appareret, tamen propter merita parentum suorum, non solum impunitus, verum muneribus donatus ad regnum redire permissus est. Venerat et Harioldus de Nortmannia, auxilium petens contra filios Godofridi, qui eum patria pellere minabantur, ob cujus causam diligentius explorandam ad eosdem filios Godofridi Theotharius et Hruodmundus (1) comites missi fuerunt, qui et causam filiorum Godofridi et statum totius regni Nortmannorum diligenter explorantes, adventum Harioldi præcesserunt, et imperatori omnia, quæ in illis regionibus comperire potuerunt, patefecerunt. Cum quibus et Ebo Remorum archiepiscopus, qui consilio imperatoris et auctoritate Romani pontificis, prædicandi gratia ad terminos

(1) All. *Rotmundus*, *Hariolthmundus*. Freher. *Ruodinandus*.

pres délégués du serment solennel par lequel le pape s'était justifié, et des excuses qu'il avait alléguées en faveur de ceux qu'on accusait, persuadé qu'il ne fallait pas pousser plus loin cette affaire, renvoya vers le pontife l'évêque Jean et ses compagnons après leur avoir donné une réponse convenable.

